H-F
4
30

Sala H
Gab.
Est. 3
Tab. 2
N.º

H-3-2

Cavalcan.
de brachio
Regio

H-F
4
30

# TRACTATVS
## DE BRACHIO REGIO,
SIVE
De Libera, Ampla, & Abſoluta Poteſtate
IVDICIS SVPREMI A Coll.o de S. Pedro
In Proſequendo, Iudicando & Exequendo.

AVCT. D. HORTENSIO CAVALCANO I. V. D.
FIVIZANENSE.

OPVS SANE MVLTO QVAM
*antea magis locupletatum.*

Cui nuper ab eodem AVCTORE addita eſt Pars Sexta.

DE AEQVITATE ET RIGORE.

*Cum notabiliſſimis CXXV. Fragmentis: nec non cum*

THEORICA, ET PRACTICA DE TESTIBVS
recens multis Additionibus Exornata.

*Acceſſit Index triplex, & materiarum compendium.*

CVM PRIVILEGIIS.

H-F
4
30 a)




Cabral

VENETIIS, M. DCVIII.

Apud Bernardum Iuntam, Io. Bapt. Ciot. & Socios.

FACULDADE DE DIREITO
BIBLIOTECA
N.o 55780

# SERENISSIMO
## COSMO MEDICES
### ETRVRIAE PRINCIPI,

*Hortenſius Caualcanus I.C. Fiuizanenſis Fœlicitatem.*

SVperioribus annis cum Sereniſſimi Mantuæ Ducis benignitas ſingularis mihi adminiſtrandæ ibi iuſtitiæ munus demandaſſet, conatus ſum, Sereniſſime Princeps, vt ſi minus doctrina ac prudentia, labore certè & induſtria tanto beneficio par eſſem: ac, quod mearum virium imbecillitas potuit, ſtudijs & lucubrationibus non defui, quin & ea quæ à præclariſſimis Iuriſconſultis dicuntur de Principum adminiſtratione, & quæ mihi dicenda viderentur in vnum volumen, quaſi in exiguum quoddam meæ literariæ ſupellectilis penu congererem: his autem fere abſolutis, vbi de iuſtitia agitur, complurium amicorum meorum hortationibus compulſus ſum, vt ea alijs impertirer, quæ vni mihi paraueram; quare tantum abeſt vt mihi viderer ſtudiorum meorum vtcumque curriculum confeciſſe, quin immo & id mihi fuit incitamento ad ampliorem curſum conficiendum. Cum enim volumen illud bis editum Sereniſſimis Mantuæ Ducibus dicatum non omnino ſapientes viri auerſati fuerint, animum meum cupiditas fortaſſe non reprehendenda inuaſit, eius addendæ partis, in qua ſuis vndique partibus ornata ſpectaretur Æquitas, quam in Sereniſſimi parentis tui egregijs inſtitutis quaſi Pictor in præſente exemplo inſpicere potui, cum ipſius benignitate, ac mea fœlicitate obtigerit, vt ei hanc qualemcumque operam meam Florentiæ præſtare poſſem in cauſis dijudicandis. Excitauit profectò eius Æquitas admirabilis, qua ſibi non ſolum Etruriæ, ſed Italiæ, ſed Europæ totius, ac remotiſſimarum regionum beneuolentiam comparauit, magnam in me cupiditatem eius partis abſoluendæ. Quod ſi virtutem hanc Principe viro dignam, minus perfectè pictam, viuiſque coloribus expreſſam cernes, Sereniſſime COSME, ea tamen non eſt adeo ruditer expolita, niſi amor laboris mei me decipit, vt quam in tui præclariſſimi parentis rebus geſtis deprehendis, non queas, ſi vacat, agnoſcere in volumine hoc; quod tibi pluribus nominibus debitum, ob perpetuum meæ erga Amplitudinem tuam obſeruantiæ teſtimonium dono, dico, conſecro. Et quidem non eo conſilio, vt te iſto egere arbitrer, ſed quia idipſum te eget

ac tuo fœliciſſimo patrocinio. Non deſunt tibi omni genere bonarum artium inſignes viri

*Vnde haurire queas vitæ præcepta beatæ.*

Non ex marmoribus excultis, non è pictis tabellis, non ex vetuſtatis monumentis quærenda tibi ſunt incitamenta virtutis; habes è Sereniſſima familia tua admiranda, quæ depromere poſſis exempla, quæ præſens ætas miratur, quæ veneratione excipiat memoria ſæculorum omnium. Eſt tibi maximus genitor FERDINANDVS, cuius nomen apud Chriſtianæ Reipublicæ hoſtes terrorem, apud probos omnes beneuolentiam, nullibi non excitat admirationem; hic bellicis virtutibus, ac mira pacis æquitate, ſuorum maiorum, eorumque quos ad Cęlum effert Antiquitas, famam ac gloriam adæquauit; cuius tu veſtigijs inſiſtens, habes profectò præclariſſimum regiæ imitationis exemplar, imperij hæres, & virtutis. hæc tibi firmiſſimum præſidium parauit non ſolum in ciuium tuorum, ſed in omnium virorum inſigni beneuolentia, & obſeruantia; quo fit vt ea vbique colantur, quæ COSMI MEDICES nomine ornata conſpiciuntur. Quapropter huic libro deeſſe nolui, quin eum tuo nomine inſignirem, vt illum in hoc literatorum theatrum egredientem excipiant homines ſi minus plauſu, non tamen ſibilo, & conuicijs: quippe omnis, vel peſſimus ad maximi nominis intuitum, niſi ſtultus plane ſit, fortaſſe penitus deponet, at certè celabit, quam contra me criminoſe dicendi, habeat cupiditatem. Excipe igitur Sereniſſime Princeps, qualecumque hoc munus, mentis meæ habita non minus ratione, quam rei, quod in hoc fertili virtutum omnium quaſi agro Florentia creuit, Sereniſſimi tui luminis adſpectu. Tuum eſt, quoniam tibi debetur, tuus eſt Autor, tui Parentis, tuæque Celſitudinis incredibili Virtuti ac Æquitati deuinctiſſimus, quam ad Etruriæ beneficium, ad Orbis totius ornamentum Deum Optimum Maximum rogo atque obſecro, vt perpetua felicitate fortunet.

Florentiæ Cal. Auguſti. MDCVIII.

# SERENISSIMO
## COSMO MEDICES
### ETRVRIAE PRINCIPI
### Ioannes Baptiſta Strozza.

*SI genus auguſtum regali ab origine ducis,*
*Ac tibi, COSME potens, ſi fortis Etruria paret,*
*Et proprijs vtrumque decus virtutibus ornas,*
*Nonne tibi merito ſummi debentur honores?*
*Hinc alacres iuuenes, hinc te veneranda ſenectus*
*Suſpicit, & magnis ad cælum laudibus effert,*
*Nec queritur longos tremebunda ſubire labores*
*Virtutis cupiens ſublimem aſcendere cliuum,*
*Quo ſuper excelſum te mentis acumine cernit*
*Spernere non vllum; nam cunctos fronte ſerena*
*Excipis, inde graui annorum ſub pondere curuos,*
*Nobilium moles curarum quos premit ingens,*
*Subleuat illa manus, Regni quæ ſceptra tenebit.*
*At nunc quod prudens, ſapienſque Hortenſius optat*
*Porrigere, accipiat non parui pignus honoris.*
*Dogmata mille amplo hoc miranda volumine habentur;*
*Et quibus eſt hominum cuſtos mandata poteſtas*
*Cœlitus, ac debent moderantem cuncta referre,*
*Principis eximij valeant vt munere fungi,*
*Percipient altis puros hinc fontibus hauſtus,*
*Imperijque dati vt numquam frangantur habenæ,*
*Et premere addiſcent, interdum etiam & dare laxas*
*Dummodo non ſumat malefida licentia vires,*
*Semper at immoto maneat ſubnixa ſupremo*
*Motori mens: non illam veſanus habendi*
*Tentat amor ſtabilem, non ira repellere præceps*
*Talia dum volues Regi dilecte ſupremo*

*Princeps, cura hominum ſuperas quos tollit ad oras*
*Virtus, agnoſces primordia laudis auitæ.*
*Hanc peperere prius Coſmus, Laurenſque togati,*
*Pòſt alij proceres, quorum prudentia cælo*
*Delapſa apparet, tanto hic fulgore coruſcat,*
*En tibi FERNANDI ſimul oſtro inſignis & armis*
*Gloria, non vllis vnquam damnanda tenebris,*
*Dum rutilos ſpargit radios terráque, maríque*
*Concutit inſolito tot barbara corda tremore*
*Claſſibus Odryſias Thuſcis vrentibus vrbes*
*Tu Princeps memoranda imitans exempla parentis*
*Regnabis fœlix, decus immortale ſequetur,*
*Et t ceæleſtis cælo Sapientia ſiſtet.*

# CANDIDO LECTORI

## Modeſtus Iuntæ de Modeſtis.S.D.

*IAM iterùm, ac tertiò (benigne lector) commoneris vix vnquam poſſe lucubrationes ſuas ita in lucem à quopiam proferri, vt, & Amanuenſium, & impreſſoris diligentia nullo mendo, quaſi næuo deformentur. Cuius difficultatis teſtes (ſi mihi eſſent in præſentia proferendi) eos proferrem omnes, qui ſui fœtus ingenij typis hactenus ediderunt, vt immortalis animæ filij ad immortalitatem conſequendam naſcerentur. Quæ incuria typographi damna illi potiſſimum ſenſerunt, qui remotas in regiones libros imprimendos, quaſi filios abſenti nutrici, educandos tranſmiſerunt, & ne de iniuria queri videar aliena; Id omnino huius de Brachio Regio tractatus, eorumq́ue omnium quæ hoc libro continentur Author ſibi vſu veniſſe animaduertit. Hæc etenim ſcripta Veneti impreſſores nacti (ſiue id temporum illorum calamitatibus, ſiue eorum typographorum feſtinationi tribuendum vitio ſit) dùm opus volunt, quã primum perficere, vel maximè imperfectum emiſere, nulla ſcriptionis, vix vlla grammatices (in aliquibus) habita ratione. Quot illi orationis membra, Quot integros numeros omiſere? Quot rationum momenta ſuo mota loco in alienum reiecerunt? Denique opus ipſum, ea eſt vſum, Fortunæ infelicitate, vt naufragium in ipſo portu feciſſe, non immeritò, videri poſſet. Ex quo tanto naufragio, quæ colligi fragmenta potuerunt, ad ſextæ partis calcem, quæ multa de rigore, & æquitate, tùm vſui neceſſaria, tùm cognitu difficillima explicat, congeſta reperies. Neque verò quæcumque irrepſerunt menda in vnum, vt ferè fit, locum, reiecta fuere, ne tam multis paginæ illæ, ſcatentes erratis, monſtrum veluti quoddam, ex mutilatis totius operis membris compactum referrent; ſed tùm in ipſis fragmentis collecta, tùm in ſingulis Indicibus correcta facilè tibi erit reperire. Deinde cum in tria præcipua, volumen hoc ſecetur membra, tripartitum etiam laborem, eſſe debere quis neget? Sint ſcriptoris, primæ laboris partes: ſint impreſſoris ſecundæ: ſint denique tertiæ correctoris, atque huius in præſentia, perſona tibi erit (amice lector) gerenda. Cuius enim ſiue imperitia, ſiue ignauia factum eſt, vt toties erraretur, huius tibi erit, tua diligentia, & amore reſarcienda ſocordia. Eo planè conſilio (niſi mea me fallit opinio) multis partibus obſcuratũ prodijt opus, ut tua opera, animaduerſioneq́ue illuſtraretur. Nã quemadmodum Agricola (vt omnes intelligunt, Varroq́ue de re Ruſtica affirmat) ea ſpe ſementem facit, quæ ſegetem feliciſſimam pollicetur; & apud Hebræos in more poſitum fuit, vt meſſores ita metendæ ſegetis onus ſubirent, vt aliquid quod metendi laborem requireret, ijs qui ſuis inhærerent veſtigijs, relinquerent: ita profectò poſt diuturnos ſcribendi labores, qui communis vtilitatis ſpe condiebantur; poſt typographi meſſem, a-*

liquid lectori ſuperfuit, in quo reſecando, p urgandóque ſuam poſſet prudentiam commōſtrare. Latini vatis vox eſt: Surgentem ad zephyrum paleę iactātur inanes. Erratorum hæ paleæ obloquentium nebulonum vento concedantur. Illi paleas, hoc eſt pecudum cibos ſibi apponi exiſtiment: mordicus arripiant, ſe illis ingurgitent. Modò veritatis triticum his mendorum paleis immixtum, in ſuæ mentis horreo recondant ij, qui virtutem, rerumq́ue verarum cognitionem habent in delicijs. Hi, ſi quid in libri editione peccati animaduerterint, ſe nactos occaſionem exiſtimabunt, eius, qua ſunt præditi, prudentiæ commōſtrandæ, in frumento à paleis ſecernendo. Quis enim tanti faceret ſplendentis lucem ſolis, niſi conſequturas tenebras horreret? An poma foliorum inuolucris plerunque deliteſcentia, Ruſticus decerperet, ſi oculorum ſuorum acie frondibus terminata, numquam poma contingeret? Quæ cum ità ſint in ſpem venio (amice lector) fore vt aliqua dignos excuſatione libri huius, tùm Authorem tùm impreſſorem exiſtimes. In qua etenim, ſe quiſque accuſat, in eo ſe alijs excuſat humilitatem amplexus: ſic ipſe author facit. Amico igitur animo hijs fruere, quæ alienus labor tibi cōparauit, & quos maledicorū latratus, ac morſus huius Scriptor operis ſubterfugere omninò non poterit, poterit ſilentij patientiæq́ue pharmaco, (vt moris eſt) omninò curare. Vale.

# COMPENDIVM TOTIVS OPERIS

## IN PRIMA PARTE.

DE Brachio Regio, ſeu de manu Regia, & eius viribus.

De Brachio ſeculari, vel eccleſiaſtico implorando, & in fragm. 97. & 98. par. 6.

De Brachio militari concedendo, & in Fragm. 26. par. 6.

De Principe, & de eius vicegerente, & quas vices concedere debeat, quando, qualiter, & quibus perſonis, & cauſis ſint concedendæ.

De iudice ſupremo, ordinario, delegato, pedaneo, & inferiori, ac de ſubſtitutis, & qualitatibus eorum.

De arbitrio libero, amplo, & abſoluto iudicis ſupremi, vel Delegati vices Principis habentis in cauſis criminalibus, tractandis, & Iudicandis.

De clauſulis diuerſis, quibus tam ampla facultas conceditur.

De arbitrio Ducis Belli in milites, de bello iuſto, vel iniuſto, ac de rebus, & perſonis, in bello terreſtri, vel maritimo captis, necnon de delictis, ac ſtipendijs militũ, & latius p. 6. frag. 25.

De arbitrio viri in vxoré, de debito maritali, de oneribus matrimonij, de diuortio, ſeparatione thori, de nimia ſæuitia, de adulterijs, recuperatione vxoris, ac de multis alijs occurrentibus, inter virum, & vxorem, vt latius in ſummario car. 37. egregiè tractatur.

De arbitrio parentum in filios, & obedientia filiorum erga parentes, de emancipatione, & de varijs accidentibus inter eos.

De arbitrio domini in ſeruos, de libertate, & de ſalario famulorum, & alijs in dies occurrentibus.

De arbitrio magiſtri in diſcipulos, & de nimia ſæuitia.

De mandatis, & delegatis Principum.

De iuriſdictione omnium Iudicum, ſiue ordinaria, ſiue delegata: libera, vel limitata: prorogata, aut declinata: laicali, aut eccleſiaſtica.

De delictis præſertim exceptuatis, in quibus præcipuè opus ſit authoritate Brachij Regij, & de diuerſis alijs grauibus, & attrocibus criminibus, ac de qualitatibus delicta aggrauãtibus vel diſgrauantibus, de delictis fori eccleſiaſtici, aut laicalis, vel mixti.

De quibuſdam perſonis, & criminibus, quæ veniam, remiſſionem, vel gratiam non merentur, & in decreto gratioſo non comprehendũtur.

De cauſis ciuilibus, criminalibus, & mixtis, & quando iudex criminalis poſſit cognoſcere de cauſa ciuili, & iudex ciuilis, de cauſa criminali, ac quando cauſa criminalis faciat ceſſare cauſam ciuilem, & de præuentione etiam in 4. par.

De pluribus iudicibus in vna cauſa concurrentibus, quando intelligantur dati in ſolidum, vel cumulatiuè, aut priuatiuè, & de eorum ſententijs conformibus, aut diſcrepantibus.

De coaceruatione cauſarum ſummarum, & pœnarum.

De accuſationibus, aut abſolutionibus delictorum.

De repertis cum armis, vel rebus furatis, & de delatione, & abuſu armorum, vide etiam in 4. & 6. par.

De quibuſdam omiſſis à Typographis, videlicet num. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. & 99. recollectis in fragm. 13. & 14. car. 160. par. 6.

Ac de pluribus alijs quæſtionibus ſæpe in Practica contingentibus, vt latius in Indice generali apparet.

## IN SECVNDA PARTE.

De carceribus, & earum manſionibus, tàm publicis, quã ſecretis, & de Arreſtatis in domo, aut in Prætorio, & in alijs locis, ac de priuatis carceribus.

De capturis iuſtis, vel iniuſtis, pro cauſis ciuilibus, vel criminalibus.

Quibus competat iuriſdictio capturas concedendi, & quando, qualiter, & contra quos captura ſit concedenda.

De Franchiſijs in domibus, ſeu Palatijs magnatum, & de perſonis priuilegiatis, quæ capi minime poſſunt.

De Beroarijs, & alijs publicis executoribus, qualiter ſe gerere debeant in capiendo, & exequẽdo, & quænam fides danda ſit eis, & an Baricellus teneatur pro eis, & quid ſi non teneat ipſe familiam conſuetam.

De cuſtodia, & cuſtode carceratorum, & ad quæ teneatur, ac de alimentis, & expenſis pro captura, & pro carceratis, Medicis, & medicinis corporalibus, & ſpiritualibus.

De captis non eximendis a familia Beruariorum nec ex carceribus facto, vel conſilio, aut alia perſuaſione.

De reſiſtentia licita, vel illicita, & de delictis, & damnis in capturis contingentibus, & de diſputatione Fori, & de pœna contrafacientiũ, & quid in cauſis ciuilibus.

De carceratis relaxandis, qualiter, quando, & ſub quibus cautionibus, & qui relaxandi non ſint, & de carceratis recommendandis in carceribus, & ſtagiendis, vel ſequeſtrandis.

De fuga eorum, qui ex cauſa, aut ciuili, aut criminali capti ſunt de inditio fugæ, & de fractura carcerum, de ſcalis, funibus, & de multis alijs accidentibus, ac de pœnis fugientium.

De conuocatis in auxilium iuſtitiæ, & qui teneãtur accurrere, & de pœna inobedientium.

De

De ſyndicis, denuntiatoribus, ſaltuarijs, accuſatoribus, & huiuſmodi perſonis.

De pluribus, ac diuerſis cautionibus, & ſatiſdationibus, quam prætorijs, quam ex ſtipulatu conuentis.

De fideiuſſoribus, & fideiuſſionibus, pro priuatis, quam ex ſtipulatu iuxta caſuum contingentium circa modũ, & tempus, quando incipiat eorum obligatio, & quãdo extincta remaneat ac de multis alijs quæſtionibus inter plures fideiuſſores, naſcentibus, dilucide, & practicanter explicitum.

De pace, & tregua, & quando, qualiter, quibuſve de cauſis ruptæ dicantur, & an rumpens afficiat alios comprehenſos, & qui in eis intelligantur comprehenſi: & an rupta cum vno intelligatur rupta cum alio, & quid in dubio, an ex noua, aut veteri cauſa rupta dicatur, & plura alia in hac materia deciſa reperiuntur.

De ſaluaguardia, ſaluoconductu, ſcalafranca, & eorum differentijs, & effectibus, & de rumpentibus, & contrafacientibus.

De præceptis pęnalibus, de mulctis, & pęnis contumaciæ, & in p. 3. & 4.

Ac de alijs quæſtionibus iuxta ſubiectam materiam quotidie occurrentibus.

## IN TERTIA PARTE.

Practica iuridica, & obſeruata apud magna Tribunalia circa modum procedẽdi, ad torturam etiam per proceſſum informatiuum.

De tortura, & diuerſis generibus tormentorum, quando, & qualiter ſit adhibenda, & quibus in cauſis, an in pœnis pecuniarijs, vel ciuilibus cauſis.

De modo torquendi, quid ad iudicem ſpectet ordinare, & quid ad eius officiales, & exequutores pertineat exequi.

De Brachio Regio impetrando.

De perſonis torquendis, & qualiter perſonæ priuilegiatæ, vel quæ alias non poſſunt de iure torqueri, tamen ex cauſa torqueantur.

De diuerſis inditijs, præſumptionibus, & coniecturis, & alijs probationibus, ad capturam, torturam, & condemnationem ſufficientibus.

De modo interrogandi reos, & de interrogationis fiendis oportune à teſtibus.

De gradibus torturæ quoties, & vſque quo reus ſocij criminis, mandans, mandatarius, & huiuſmodi complices, ac teſtes torqueri debeant.

De confeſſione ſpontanea, voluntaria, vel metu torturæ, aut in tortura, vel ſpe impunitatis emanante, & de confeſſione vera, aut erronea, vel ficta vi contumaciæ.

De ratificatione, repetitione reorum, & teſtium, ac de confrontatione, & reuocatione confeſſionis, quando, & qualiter hæc omnia fieri debeant.

De defenſionibus reorum, & teſtium, & de admiſſis ad nouas defenſiones.

De mandato mandante, & mandatarijs, ac de exequutione, vel reuocatione mandati, quando prodeſt, & quando non.

De mutatione ſtatus poſt delictum, & de quampluribus, ac diuerſis effectibus circa mutationem ſtatus.

De exculpationibus, ſeu excuſationibus ſociorũ criminis, teſtium, offenſorum, accuſatorum, Dominorum, ac aliorum, luculenter explicatum.

De recuſatione, & ſuſpicione iudicis, qualiter proponi, liquidari, & terminari debeant.

De iure iniquo, an, & quando, & a quo ſtatui liceat, fragm. 70.

& De multis alijs in practica occurrentibus circa præſentem materiam.

## IN QVARTA PARTE.

De officio, & diſcretione iuſti iudicis in ſententiando, & qualiter tuta conſcientia iudicare debeat, & de conſcientia communi, & particulari.

De foro competenti, vel incompetenti, & in ſexta par.

De pęnis diuerſorum criminum corporalibus, aut pecuniarijs, capitalibus, exulatus, & de dãnatis in metallum, vel ad remigandum, ſeu ad Triremes, ac de confinatis, ſeu deportatis, vel bannitis, & de pęnis alternatiuis, quando electio ad iudicem, vt fragm. 80. aut partem ſpectet, Quando vna pęna faciat ceſſare alteram, quando plures pœnæ cumulatiue concurrant & multa alia in hoc propoſito reperies.

De pœnis iuris communis, aut Canonici, ſtatutarijs, vel ab alijs ordinibus, aut bannis comminatis, & publicatis, ac de pęnis arbitrarijs, & quando iudex teneatur, vel non ſeruare eas, & quibus ex cauſis augere, vel diminuere poſſit pœnam ordinariam, vide quoque in fragmentis.

De condemnationibus, vel Abſolutionibus diffinitiuis, vel conditionalibus, quæ forma, & tempus ſeruentur in eis, & an iudicandum ſit ſecundum iura loci delicti, vel Iudicij, & an attendatur ſtatutum nouum, vel vetus, vt etiam in Fragmentis.

De præceptis mulctis, ac confiſcatione bonorum.

De Principalibus, & fideiuſſoribus condemnandis, & an ſententia contra principalem afficiat fideiuſſorem. De alienatione bonorum, & de ſucceſſione deliquentium, & in Fragmentis.

De loco tractatus, delicti, originis, & Domicilij, & quot quibuſve modis Iuriſdictio dicatur prorogata, & de Declinatione, aut variationi Fori & in 6. par. & de varijs diſputationibus in materia iuriſdictionis, quotidie occurrentibus, etiam Fragm. 90. & 108.

De cogitatione, conſilio, tractatu, mandato, & executione ad malum de verbis iniurioſis, vel de iniuria ſcripto, vel facto. De percuſſionibus, vulneribus, deturpationibus, & membrorum mutilationibus, & damnis datis.

De homicidijs caſu, vel penſate, Aſſaſinijs, Falſis, Falſarijs, Rapinis, Roberijs, Latrocinijs, Incendijs, Vaſtis, & alijs publicis violentijs, & priuatis, & de memoria defuncti damnanda, & de expilata Hereditate.

De Bannitis, Delinquentibus, Latronibus, Vagabundis, & diffamatis, ſeditioſis, & conſpiratoribus, & viris Brauoſis, Fautoribus, Auxiliatoribus, Socijs, & Receptatoribus.

An acta, ſeu proceſſus factus ab vno iudice fidem

faciat

faciat coram alio Iudice, & an punitus, uel abſolutus ab vno poſſit iterum puniri vel abſolui ab alio, & an delinquens eadem de cauſa poſſit proceſſari à diuerſis iudicibus, puta delicti, originis, & domicilij.

De præuentione, reconuentione, delictorumque præſcriptione, aut compoſitionibus, vel tranſactionibus licitis, aut illicitis, & de pacto quotæ litis.

De ſtatutis ſeruandis, & interpretandis, & quando nouum faciat ceſſare vetus, & quando ambo concurrant, & de multis alijs quæſtionibus circa extẽſionem, vel reſtrictionem ſtatutorum, cum multis exemplis, & de loco, tempore, & ſolemnitatibus ſeruandis.

De extenſione, & reſtrictione ſtatutorum, in fauorabilibus, & odioſis, in abſurdis correctorijs, & pęnalibus, luculenter tractatum regulis, & exemplis declaratum.

De diuerſis generibus armorum, de prohibitis, vel non, de iure communi, vel ſtatutario, & de perſonis priuilegiatis Forenſibus, atque viatoribus, de vſu, & abuſu armorum, & de cridis, & ordinibus in materia Armorũ, & an liceat manu armata pertranſire per alienam iuriſdictionem, cauſa Iuſtitiæ, & quãdo, ac qualiter in ius Armis eſſe dicatur: de his omnibus in 1.2. & in hac 4. par. necnon in 6. fragm. 25.

De aduocatis, Procuratoribus, Cauſidicis, præuaricatoribus, tergiuerſatoribus, & colluſoribus, atque ſollicitatoribus, & fumum vendẽtibus, & de pœnis, ac infamia eorum etiam in 2. & 5. par. & ſupra de pacto quotæ litis, & de mala fide.

De aſſumentibus ſibi authoritatem publicam, & pœnis eorum.

De ſententijs interlocutorijs, & de deffinitiuis, & de condemnationibus vel abſolutionibus delictorum, & de ſententia contra ſententiã, & an ſententia contra principalem noceat fideiuſſori, & inter plures reos, quando ſententia lata contra vnum pariat exceptionem rei iudicatæ, contra alios.

De appellationibus, ſupplicationibus, nullitatibus, reſtitutionibus, & reuiſionibus hic, & in alijs partibus, & in fragm.

De damnatis, ad mortem, qualiter, & quantum temporis ſtare debeant in confortatorio, de confeſſione, & ſacroſancta Euchariſtia, & an extrema vnctio ſit eis concedenda.

De executione Iuſtitiæ, de veſtibus Iuſtitiatorum, de ſepultura, & de expenſis in confortatorio factis, atque de Anotomya, & de cadaueribus debitorum non ſequeſtrandis.

De gratijs Principum, & de pace, & remiſſione partium.

De ſalarijs, ſportulis, & expenſis, participationibus pęnarum, & de pręmio dando capienti bannitum, vel reuelanti malefactorem, & maleficia, & de alijs in hoc propoſito, in hac, & in alijs partibus explicitis, & deciſis.

## IN QVINTA PARTE.

De ſyndicatu, ſyndicandis, & ſyndicatoribus, ac de tempore, & modo ſyndicandi, & de omnibus alijs in materia ſyndicatus occurrentibus practicabiliter tractatis.

De quibus cauſis iudices, & alij officiales ſint ſyndicandi.

De querelis, & querimonijs, recipiendis, vel non, & qui querelare non poſſunt.

De accuſatoribus, querelatoribus, conſultoribus, procuratoribus, inſtigatoribus, ac teſtibus contra ſyndicandum, & eius curiam.

De vnionibus, conuenticulis, & conſpirationibus, contra officiales in ſyndicatu.

De deſiſtentia, ſimulatione, Taciturnitate, & abolitione, et renuntiatione, quando proſunt & quando non, & de pęna ſenatus conſulti turpiliani, & in ſeq. p.

De bonis, vel malis officialibus, iudicibus, & alijs, qualiter puniendi & excuſandi ſint, nec non de familia domus, vel curiæ poteſtatis, & de eorum meritis, & demeritis.

De extorſionibus, dolo baraterijs, muneribus illicitis, ac concuſſionibus, & culpis.

De forma libelli peruentorij ad fauorem ſyndicandorum, vtiliter, & practicanter ab Authore inuenta.

De inquiſitione generali, vel particulari formãda contra eos, & de effectibus diuerſis dictarum inquiſitionum.

De reconuentione in cauſa ſyndicatus tam quo ad reintegrandum honorem, quam quoad recuperandum expenſas duplicatas, triplicatas & quadruplicatas.

De condemnationibus, aut abſolutionibus, & paſſim de alijs pluribus occurrentibus in hac materia ſyndicatus, vt nil melius deſiderari poſſit.

## IN SEXTA PARTE.

De æquitate diuina, naturali, ciuili, canonica, ſcripta, & non ſcripta, ſimiliter de rigore, & quando ſint compatibilia, vel incompatibilia, de cauſis & effectibus, vtriuſque.

De decem prædicamentis, tàm legalibus quàm logicis in quibus æquitas, & rigor locum habent.

De origine iuris, de legibus, de iuſtitia, de iure, ac de iuſto, & de bono regimine Principum terrenorum.

De deitate, de natura angelorum, de donis celeſtibus, & de ſcripturis ſanctis, de eccleſię immunitate, & libertate ſua, de locis pijs, de religione, perſonis, & rebus eccleſiaſticis, ac de alijs ſectis remiſſiue, ſic de celo, aere, mari, & centro, & de contentis in eis.

De aula, & conſiſtorio, ac ſupremis tribunalibus Principum, de ſilentiarijs Auditoribus, & conſiliarijs, ac conſultoribus, de aulicis, curialibus, & quantum in prædictis omnibus, vſus æquitatis, & rigoris ſit neceſſarius.

Qualiter æquitas, & rigor locum habeant in omnibus rebus, præcipuè in Grammatica, dialectica, rhetorica, politica, & in omnibus alijs ſcientijs, & artibus liberalibus.

Item in iudicijs, curia mercantiæ potiſſimum, in omnibus contractibus, ultimis voluntatibus, feudis, ſtatutis, opinione hominum, in pęnalibus, reſcriptis, iure poſtliminij, & ſpiritualibus, iure congrui, & ſeruitutibus, & de ſingulis ſuis locis tractatur.

De

De ſubſtantia,accidentibus, quantitate, qualitate,relatione,vbi,quando,actione, paſſione ſitu,& habitu.

De contractibus,venditionis,& emptionis, locati,& conducti,ſocietatis,mandati,matrimonij dotis,alimentorum,ac alijs mutuis obligationibus,de cambijs,recambijs,vſuris,fructibus, & intereſſe.

De montibus pietatis, abundantia, gabellis, & alijs pulchris excitationibus, & functionibus.

De gratijs,priuilegijs, indulgentijs, Remiſſionibus,diſpenſationibus,reuiſione, reuiſionis, & reſtitutionibus.

Tandem de multis alijs in dies occurrentibus, & deciſis circa negotia forenſia.

## IN FRAGMENTIS. CXXV.

1 De authoritate,dignitate,et ſignificatione manus regiæ.

2 De hijs quæ præſcribi non poſſunt, & infra fragm.78.& 83.

3 Qui munere iudicaturæ criminalis fungi non poſſunt.

4 De iudæis,& qualiter ſint tolerandi, vel non.

5 De appellationibus non recipiendis.

6 Statutum criminale in volumine ſtatutorum ciuilium,& econtra,quale ſit.

7 Procurator in criminalibus quando, & quibus caſibus admitti debeat. & vi. fragm. 32. & 66.

8 Incidens criminale, quando retardat iudiciũ ciuile,& coram quo cognoſci debeat.

9 De peccato,& de delicto,ac de eorum differentijs.

10 De aſſaſſinio, & quid ſi committatur à clerico.

11 de adulatoribus,& ſuſpectoſis.

12 De flagitijs,facinoribus,& facinoroſis.

13 De quibuſdam numeris in prima parte omiſſis videlicet.num.90. 91. 92. 93.94. 95.96. hic recollectis.

14 De nume. 99. pariter in eadem prima part. omiſſo.

Item an cauſa ciuilis, & criminalis ſimul intentari poſſint.

15 De clerico poſſidente feudum laicale,& qualiter ſubditi ſecundum iura laicalia iudicari debeant.

16 De componentibus,vel legentibus,aut penes ſe tenentibus ſcripturam infamatoriam, & eã non lacerantibus.

17 Principes quando, & quibus de cauſis felices dici poſſunt.

18 De ſummo Pontifice ius vtriuſque gladij habente, & de eius magna authoritate, & poteſtate.

19 De aulæ conſiſtorio, & tribunali Principis,& quæ differentia ſit inter iſta.

20 De mortuo reperto, vel ſuffocato in puteo, vel alibi.

21 Quid ſibi velint hæc verba:*facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.*

22 De conſcientia iudicis,in iudicando.

23 De natura,& ordine Angelorum.

24 De induſtria perſonæ, & qualiter alteri demandari poſſit.

25 De rebus in bello captis,et quid cùm ſint merces fidelium, quod nam dicatur bellum iuſtũ, qui ſint verè inimici Chriſtianorum,& de latronibus,& piratis,de ementibus res furtiuas, ac de multis alijs quotidiè occurrentibus, tàm in bello maritimo, quàm terreſtri.

26 De Brachio militari, & an miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto poſſit locare.

De conductore à creditore rem debitoris in locationem habente,bona vel mala fide.

De moleſtia debitoris aduerſus dict. conductorem,&c.

De nominatione Authoris, quando releuat, & quando non, & vide in propoſito fragm. 97.98.118.

27 De coitu licito, aut illicito, etiam inter coniugatos.

28 An maritus teneatur pro debito vxoris, & an vxor pro debito mariti.

29 De meretrice nupta,& de adulteris, & adulterijs.

30 De Patre filiam receptante, ob malam tractationem mariti,& an repetat expenſas. vi quoque Fram.34.35.& 85.

31 De alimentis vxori præſtandis.

32 An emancipatio peti,& fieri poſſit per Procuratorem.

33 De filijs quandò non teneantur obedire Patri in certis caſibus.

34 Actio furti qualiter inter patrem,& filium, inter virum, & vxorem non datur, & de actione rerum amotarum, de inofficioſis donationibus. & de expilata hæreditate in quarta part.

35 Pater cui de iure ciuili in certis caſibus vindicta non denegatur,an illam demandare poſſit filio ſuo.

36 De poteſtate dominica,& de peccatis Dominorum,& eius famulorum.

37 An frater fratrem pauperem alere teneatur.

De magiſtris,& dominis ſeu Patronis.

38 De meretrice ſpontè conuerſa, & de loco nũcupato *delle mal maritate.* quid ſi recluſa in eo, poſtea ex eo fugiat.de perſuadentibus exire, ac de pœna auxiliatorum Fragm.47. 49.

39 Captura an iureiurando probari poſſit.

40 de pertranſeuntibus per alienam iuriſdictionem manu armata,& frag. 84.

41 Iudex laicus abſtinere debet à concedendo capturas in locis ſacris, & eccleſiaſticis.

Item recollectio quorundam numerorum ab impreſſore omiſſorum in p. 2. vt num. 26. 27. 28. & 29.

42 Ne agricultores,vel laboratores in actu agricolendi pro debito ciuili capiantur,& de infamia & alijs præiudicijs de iure ciuili comminatis contra tranſgreſſores.

43 An vindicare ſe liceat.

44 Contumelias ſubſtineri, & mala pati pro amore eius qui tantum paſſus eſt pro nobis,omninò tenemur.

45 de captis non eximendis, & de tumultuoſis, & ſedicioſis.frag.49.

46 de fugientibus è carceribus, & quando excuſandi ſint.

47 de raptu mulierum honeſtarum,& de deo deditarum, & de pœna extrahentium illas à monaſterio.

de

48 De captura partim tantum, ſed non in totum iuſtificata nunquid in totum corruere debeat.

Item de Actore pro parte tantum probante.

Item de Delicto in parte tantum confeſſato.

Quid ſi delinquens in delinquendo facit in parte actum laudabilem.

49 Affines, vel amici eius qui a Berroarijs ducitur ad carceres, an impune illum eximere valeant, non vt fugere faciant, ſed gratia tantum aſſociandi ad carceres, ad euitandum dedecus.

Et de mulieribus recluſis fugientibus, & Fragmen. 38.

50 Alieni boni inuidia & oppreſſores, quibus moribus veſtiuntur.

51 De agnatis, & alijs pro delictis aliorum conueniendis.

52 De inſtantia perempta, & appellatione deſerta, & de appellante nulliter, & de reſtitutione nel buondi. vt Florentiæ ijs verbis vtitur in reſcriptis, quando quis ex reſcripto Principis in integrum reſtituitur, dicitur enim, ſi rimette nel buondi.

53 Sententia lata contra principalem, an nouat fideiuſſori contractus, & quid in fideiuſſore iudicij in cauſis criminalibus, fideiuſſore non citato. vi in Frag. 87.

54 Inobedientia inobedientibus nocet, ſicut obedientia obedientibus prodeſt.

55 Tempus quo fuit compoſita ſcriptura obligatoria, nunquid attendatur, vel tempus ſubſcriptionis, & quid ſi diuerſis diebus à diuerſis perſonis fuerit ſubſcripta, an attendatur tempus vltimi ſubſcribentis.

56 Actus in dubio, in non delictum, ſed in beniniorem partem interpretandus eſt, & quando ac qualiter.

57 De præcepto ne quis exeat de Palatio prætoris, vel quod ſiſtat in propria domo, vel quod non tranſeat per quandam viam, ſub pœna.

58 Securitas alicui data, quod capi non poſſit, maleficio iam commiſſo, vel in futurum committendo non prodeſt, & qualiter ſaluus conductus datus ineundo, vtrique, & in redeundo intelligitur datus.

59 Conuictus, & non confeſſus, quando in pœnam ordinariam, & quando in arbitrariam condemnari poſſit, quid ſi nec confeſſus, nec plenè conuictus ſit, ſed quia perſona eſt de illis quæ torqueri non poſſunt, vel ſi ex conſuetudine poſſint, an aliqua pœna ſit condemnanda.

60 Qualiter tacitum taciti non datur, nec reſtitutio reſtitutionis, ſeruitus ſeruitutis, & quid de reuiſione reuiſionis Fragmenta. 122.

61 Interrogatus ad cautelam an velit vti ſcriptura, vel teſtibus exhibitis, & ſimpliciter reſpondens quod ſic non poteſt deinde ſe excuſare prætextu ignorantiæ.

62 Fuga ſola, an ſit delictum, quid de contumacia. Frag. 101.

63 Gratiam petens an faciat inditium contra ſe, vide etiam Fragm. 94. & 103.

64 Tortus quoties fatetur, toties negat, ſic nouum ſemper inditium contra ſe facit ad torturam, ſed quoties, & qualiter ſit torquendus ne in infinitum procedatur.

65 Probatio priuilegiata quæ ſit, & qualiter in ciuilibus faciat inditium in criminalibus.

66 Aduocatus, vel Procurator partis, quęſtionibus reorum de conſuetudine generali minimè interuenire poſſunt, & alia, vi Fragmen. 6. & 32.

67 Confeſſio, an, & quando pro parte tantum acceptari poſſit, & debeat.

68 Confeſſio validat dicta illa teſtium, quæ ſine tali confeſſione nullius eſſent valoris, & Fragm. 113.

69 Confeſſus factum, & negans eius qualitates, non gaudet beneficio confeſsionis.

70 De iure iniquo, etiam ab habente liberum arbitrium non ſtatuendo.

71 Quod propter delicta Iudicum, quandoque ciues puniuntur.

72 Qualiter cauſa & origo in delictis, & contractibus attendi debeant.

73 An per media illicita liceat acquirere dignitates, & honores.

Item an iudex teneatur condemnare in pęnam legalem & conuentionalem. & vide Fragm. 89.

De colluſione, colluſoribus, & eorum pœnis, &c.

An qui ſemel renuntiauit accuſationi, poſſit iterum accuſare ſuper eadem cauſa, &c.

An variare forum liceat. Frag. 99.

74 De ſpeciebus pœnarum, & ijs, quæ magis vſu frequentantur, & in 4. p.

75 Ignorantiam allegare contra Banna, ſeu cridas vel proclamata non releuat.

76 Damnare ad remigrandum, & damnare ad triremes differunt, & an damnare in metallum idem ſit hodie, & de importantia, & effectibus vtriuſque.

77 Pæna ipſo iure impoſita, an moderari, vel alterari poſſit, vi etiam Frag. 82.

78 Actio iniuriarum quanto tempore præſcribitur, & Fragm. 83. & 89.

79 Reiterare delictum infert pœnam grauiorem contra reiterantem.

80 Electio pęnarum ad quem ſpectet.

81 Confiſcatio bonorum quando principaliter in condemnatione venit, & quando in conſequentiam.

82 In pęnis imponendis, iam ex ordinibus determinatis, an opus ſit declaratoria, &cæt.

Quando bona ipſo iure effecta ſint fiſci, fragm. 77.

83 In pœnis an attendatur ſtatutum nouum, vel vetus, & an attendatur tempus delicti, vel condemnationis, & an attendenda ſint iura loci delicti, vel Iudicij.

Item an præſcriptio incipiat, à primo delicto, vel ab vltimo. & in 4. p.

84 Arma quibus liceat ex priuilegio iuris communis portare, & de delinquente prorogante iuriſdictionem iudicis non ſui, ſupra. Frag. 40. & in 6. p.

85 Pater an teneatur pro filio, & Fragm. 34. & 35.

Augu-

86 Augumentum in delictis, quando attendendum ſit.

87 De ſententia abſolutoria, an teneat parte non citata. ſupra frag. 53.

88 Damnum datum de corpore in corpus, ſiue rationale, ſiue non, qualiter emendandum ſit, & quando ob incertitudinem abſolutio ſequi debeat.

89 De pęna conuentionali, de pace & tregua non rumpenda vel de non offendendo, & an pœna conuentionalis ſit ſurrogata in loco damnorum, & intereſſe, vel vtrumque debeatur, & de iniurijs, & iniuriarum actionibus. & fragm. 73. 78.

90 Delinquens in plus, quam deliberauit, quando eius animus, uel euentus tantum ſit attendendus.

91 Auxiliator quando eadem pœna puniri debeat, qua principalis delinquens.

92 Vis priuata quomodo & quando efficiatur publica.

93 Irregularitas quando, & quibus modis incurratur, & quando non.

94 De Gratia, Remiſſione, & Indulgentia, an intereſſe partis ſublatum eſſe cenſeatur.

95 Reſcriptum primum, quando per ſecundum aufertur.

96 De raptore, & quando teneatur raptam ducere in vxorem.

97 De Brachio ſæculari impetrando, & fragment. 26.

98 Brachij ſæcularis imploratio, & quando familia ſæcularis aduerſus clericos excuſetur.

99 Abſolutione ſecuta, an accuſator eandem accuſationem amplius inſtituere poſſit, &,

An accuſatione pendente, liceat accuſatori variare forum, & an reus teneatur ſiſtere in vtroque foro.

100 Sententia contra ſententiam quando teneat.

101 Contumacia de ſe, an ſit delictum, & fragmen. 62.

102 Appellare ad Principem omiſſo medio, an liceat.

103 De pace præſentanda, & de termino ſtatuti intra quem pax haberi debeat. & fragmen. 63. & 94.

104 Executio capitalis quibus ex cauſis poſſit retardari.

105 Quomodo etiam inanimata dicatur puniri.

106 Quando contra fiſcum, vel pro fiſco iudicandum ſit.

107 Quod per argumentum à contrario ſenſu venit, non intelligitur illatiuè, ſeu per extenſionem venire, ſed eſt ac ſi expreſſum fuiſſet in illa diſpoſitione.

108 Tractatus quando, & vbi ſit puniendus, & an per litteras receptas, in vno loco ibi puniri poſſit, promittens, & reſcribens, ſe facturum illud delictum.

109 Communis vſus loquendi, qualiter præferatur propriæ ſignificationi.

Prohibitio localis vſque quo extendatur, & ibi de termino à quo, ad terminum ad quem.

101 Stante ſtatuto quod maleficia debeant reuelari, de quibus maleficijs, & perſonis ſit intelligendum.

111 Pars pęnarum debita iudici, an debeat dari iudici condemnanti, aut exequenti.

112 Iudex non debet officio durante ſyndicari, niſi ex cauſa ob quam priuandus eſſet officio.

113 Mandatarius, qui eſt tanquam mandans, & non mandatarius inquiſitus, an ſit ob tale æquiuocum abſoluendus.

114 Libros exiberi, qui cogi poſſint, & de Procuratore ad negotia, qualiter teneatur reddere rationem, & quid de eius hærede.

Quando cauſa ob negligentiam iudicis inferioris deuoluatur ad ſuperiorem.

115 Condemnatio facta, in duplo, triplo, et quadruplo continet ſimplum.

116 De legibus condendis, & de earum vtilitatibus.

117 De exceptionibus priuilegiatis, ad fauorē pauperum debitorum, ne egeant, vt in Patre, Marito, donatore, liberto, & huiuſmodi pulcrè, & practicabiliter tractatum.

De exceptionibus reiectis à ſtatuto, quænam intelligantur reiectę.

118 Emens rem alienam, aut conducens ſcienter, aut ignoranter, nunquid conuentus nominando authorem liberetur à moleſtia.

De læſione enormi, vel fraudolenta, &c.

De reuocatoria contra tertium, & vi Fragment. 26.

119 Templum quot modis reddatur profanum.

120 Veſtium appellatione, quæ veniant, & de Toga, & prætexta, ac alijs veſtibus magiſtratuum.

121 De regalibus, & quæ ſint regalia.

122 Reuiſio, reuiſionis quibus ex cauſis concedi debeat, & quantum ſit in certis caſibus æqua, vtilis, & neceſſaria, & qualiter ſummus rigor in ea deneganda, non ſit laudabilis.

123 Condemnatus criminaliter eſt obligatus ſoluere pœnam, & expenſas à Fiſco factas: fideiuſſor pro eo coactus ſoluit: accuſator prętendit ſuam partem pœnæ: Iudex delegatus non vult perdere ſalarium: et debitor non eſt ſoluendo omnibus. Quis horum in eo quod debitor eſt ſoluendo, præferendus ſit, qua actione, & qua via ſalarium petatur, noua quidem, & non ſpernenda diſputatio.

# IN PRACTICA DE TESTIBVS

## PARTE PRIMA.

DE habilitate,& inhabilitate teſtium, & quando ſint conſiderandæ, an tempore iuramenti, vel eorum depoſitionis.

De qualitatibus quas neceſſario requirũtur habere teſtes idonei.

De fide dignis, & teſtibus iurare, & deponere cogendis, & de atteſtatione mulierum.

De doctorum excellẽtia,meritis,& Priuilegijs, & an filij Doctorati, nati ex patre ignobili debeant in Collegio. DD. Aduocatorum admitti,luculenter explicitum.

De ſtatutis, Ordinibus, & Decretis, Genuenſis Reipub.circa artes mecanicas,& de ijs qui in Collegio.DD.recipi non debent.

De Doctoribus Riperiæ Genuenſis, & de forenſibus in ciuitate Genuenſi habitantibus, & Domicilium habentibus.

De medicis,& notarijs,ac eorum filijs.

De Equitibus Illuſtriſſ. Religionis Diui Stephani.

## IN SECVNDA Parte.

DE numero teſtium in quolibet contractu, tam inter viuos, quam in vltima voluntate,ac etiam in cauſis Foraneis, ſiue ciuilibus,ſiue criminalibus,& in omnibus alijs negotijs.

De Inditijs, proximis, & remotis,ad capturam,inquirendum, formandam inquiſitionem,& ad condemnandum.

De teſtium ſingularitate.

De effrenata teſtium multitudine reijcienda.

De Inſtrumenti continentia impugnanda.

Ac de alijs varijs cauſis in practica occurrentibus.

## IN TERTIA PARTE.

DE probatione teſtium,oretenus, vel in ſcriptis, & quæ melius probantur per teſtes quam per ſcripturã, & econtra,ac de diuerſis alijs probationibus, & quæ probationes præualere debeant.

De iuramento teſtibus dando,& de renuentibus iurare,vel deponere, & de iuramento ſuppletorio, & eius forma in practica ſeruanda.

De citatione, & an ſit de ſubſtantia, & quibus cauſis,non ſit neceſſaria citatio.

Qualiter teſtes,cauſam,& bonam rationem reddere debeant per alterum ex quinque ſenſibus corporeis,quid in negatiua probanda, & qualiter teſtes debeãt remouere actum à ſenſu, & non ſenſum ab actu: & de atteſtantibus ſuper facto proprio vel alierno. Sic de viſu,vel auditu,proprio, vel alieno.

De notorio,fama,filiatione,Pace,negatiua, tempore,dominio,Poſſeſſione,preſcriptione,bona,vel mala fide,ſolutione,adulterio,præſumptionibus,partu,matrimonio, dote, conſanguinitate,morte,vita,finibus,Iuriſdictione ac alijs multis probandis, vt in diſcurſu.

An probationes factæ in vno iudicio fidem faciant in alio,& quid de alijs Actis, & an probationes factæ coram arbitris fidem faciant in alio Iudicio, quid de factis coram Arbitratore.

Probationes factæ in cauſa criminali, & in prima inſtantia,an fidem faciant in alia.

Probationes factæ in cauſa ciuili, an probent in criminali,quid econtra.

Probationes factæ in ſummario iudicio, an fidem faciant in plenario,& an factæ in poſſeſſorio proſint in petitorio.

De pluribus alijs in practica occurrentibus.

## IN QVARTA Parte.

DE teſtium reprobatione,repulſa,& reiectione,qualiter,quãdo, & quibus ex cauſis fiant.

De teſtibus non recipiendis,& ſi recepti fuerint,an probent,& de multis eorũ exceptionibus.

De teſtibus domecticis,familiaribus,amicis,inimicis,ſubditis,vaſallis,religioſis,Affinibus, ſocijs criminis, intereſſatis, vilibus, infamibus, falſis, ſingularibus, & de omni alio genere teſtium.

De teſtibus torquendis, & de eorum dictis, de contrarietate, & variatione, ac titubatione, de ſponte ſe ingerentibus,& de ſuſpectis.

De concordandis teſtibus,& eorum dictis,de repetitione,& confrontatione,ac de reuocatione,& correctione dictorum teſtium,etiam in 5. part.

De concluſione in cauſa, & publicatione teſtiũ, & alijs in practica ſeruandis.

## IN QVINTA PARTE.

De officio iudicis in materia admittendi vel non admittendi teſtes, & de eius arbitrio, in credendo, vel non credẽdo teſtibus, & qualiter ex officio procedere poſſit.

Practica producendi, & ſubminiſtrandi teſtes, iuramenti præſtandi, interrogandi, & examinandi eos, & quid ſi ſint perſonæ egregiæ, vel priuilegiatæ, repetendi, & confrontandi, refrenandi, & publicandi atteſtationes, & recipiendi teſtes, ad æternam rei memoriam, ac cõuincendi de falſo, tàm teſtes, quam producentes.

De litteris ſubſidialibus, concedendis, vel non pro examinandis teſtibus.

De authoritate maioris magiſtratus, & de ſuperiori, & inferiori iuriſdictione, & de feudatarijs.

De ſalario, & expenſis ſoluendis pro examinandis teſtibus in loco iudicij vel alibi.

De erroribus Notariorum, & aliorum, in teſtibus recipiendis, examinandis, & interrogandis.

De delictis teſtium, tortura, & eius practica, & de cogendo teſtes iurare, & reſpondere.

De teſtibus falſis, ſuſpectis, & alias exceptiones patientibus.

De ſententijs, & earum executionibus.

Poſtremò loco eſt conſ. in materia teſtium, vltimarum voluntatum valdè practicabile, et magiſtrale, ad multa in dies occurrentia. Vbi declarantur. l. hæredes palam. ff. de teſtam. & l. duo ſunt Titij. ff. de teſt. tutel.

**FINIS.**

# TRACTATVS DE BRACHIO REGIO HORTENSII CAVALCANI PRAESTANTISS. I. C.

## PARS PRIMA.

*SVMMARIVM.*

1 *Brachium Regium cur concedatur.*
2 *Brachij Regij practica hactenus indigeſta.*
*Manus Regia: Brachium Regium: &*
*Brachium forte, idem dicitur.*
*Manus Regiæ apud quos, & quibus in locis tractentur.*
3 *Brachium Regium crimina proſequitur.*
4 *Intereſt Reip. delicta puniri.*
*Brachij Regij vires ignotæ.*
5 *Iudices ignari abutuntur Balia Brachij Regij.*
6 *Iudices quidam gloriantur in malitia.*
7 *Brachium Regium quid ſit.*
*Diffinitio Brachij Regij.*
8 *Brachiū Regiū non recognoſcit aliū iudicem ſuperiorem.*
9 *Arbitrium ob Brachium Regium eſt tàm ſuper expreſſis, quàm ſuper non expreſſis, & num. 26.*
10 *Melius eſt regi à iuſto Rege, quàm à lege ſcripta.*
11 *Brachium Regium non eſt circumſcriptum ab vllo ordine nullo tempore.*
12 *Brachium Regium arbitrium liberum dicitur.*
13 *Arbitraria Principum pro legibus erant.*
14 *Manu Regia proceditur executiuè.*
15 *Brachij Regij Deſcriptio ſecundum practicam.*
16 *Brachium Regium multiplici nomine appellatur.*
*Remedium extraordinarium.*
*Item iuriſdictio.*
*Item Manus Regia.*
*Item vices Principis.*
*Item liberum, & abſolutum arbitrium.*
*Brachium Regium nil aliud eſt, niſi arbitrium liberum, amplum, & abſolutum, num. 27.*
17 *Arbitrium liberum quot modis ſumitur.*
18 *Arbitrium liberum cunctæ humanæ creaturæ datum à Deo, & num. 115.*
*Bona omnia à Deo. remiſſiuè.*
*Perditio à nobis. remiſſiuè.*
19 *Arbitrium liberum dotandi filias, remiſſiuè.*
*Arbitriū liberum datum executori vlt. volunta. remiſſiuè.*
*Arbitrium liberum teſtandi remiſſiuè.*
20 *Brachium Regium appellatur. Balia.*
*Præeminentia a Regnicolis.*
*Authoritas Brachij Regij conceſſa locumtenentibus Vrbis Romæ.*
21 *Differentia inter Brachium Regium, & Arbitrium liberum.*
22 *Arbitrium requirit bonam conſcientiam, nu. 37.*
23 *Conſcientia bona quæ ſit.*
*Arbitrium liberum vſque quo & contra quos extēdatur.*
*Iudices & Prætores in Statu Mediolani, & Magni Ducis, qua authoritate fungantur.*
*Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ habet arbitrium liberum, & abſolutum.*
24 *Authoritas quanto maior, eo præſtantior dignitas.*
*Arbitrio iudicis, quæ conceſſa dicantur.*
*Arbitrium regulatum eſſe debet, vt minùs lædat ius commune quam fieri poſſit.*
25 *Arbitriū liberū dat latas habenas, nō in totū relaxatas.*
*Arbitrij liberi exemplum.*
26 *Brachij regij authoritas quanta ſit.*
27 *Brachium Regiū pro libero, & abſoluto arbitrio ſumitur.*
*Princeps eſt ſupra conſuetudinem.*
*Brachium Regium tantū poteſt, imo plus quā conſuetudo.*
28 *Conſuetudo vice Principis fungitur.*
*Multa in iure traduntur, quæ de conſuetudine non ſeruantur, num. 30.*
*Captus ob vnam cauſam iniuſte, an pro alia retineri poſſit, remiſſiuè.*
29 *Reus nemo de iure conſtituitur, niſi præcedentibus inditijs remiſſiuè.*
*Tortura an inferenda, non datis defenſionibus.*
30 *Aliud de iure, aliter de facto ſeruari.*
*Conſuetudo facit licitum de illicito.*
31 *Conſuetudo deuia a iure communi ſeruanda.*
*Specialia non ſunt multiplicanda.*
*Arbitrium regulari iuxta bonam conſuetudinem.*
32 *Arbitrium abſolutum limitatur a conſcientia, non a iuris ordine, vel conſuetudine.*
33 *Princeps poteſt auferre conſuetudinē pteritā, & ēt futurā.*
*Iudex liberi arbitrij ex officio procedere poteſt.*
*Princeps eſt ſupra ius poſitiuum, & ei derogare poteſt: & nu. 165. & 166.*
*Princeps eſt pro bono publico prouidere melius ſtatuto.*
*Prouidere non eſt derogare.*
34 *Iudex liberi arbitrij an poſſit cogere offenſū ad accuſandū.*
*Et inquirere non monito offenſo.*
*Et formare inquiſitionē, licet ignoretur nomē delinquētis.*
35 *Diffamatio an præcedere debeat antequam procedatur.*
*Ex officio quomodo procedatur.*
36 *Arbitrio libero generali, & abſoluto conceſſo, non intelligitur contra bonum publicum.*
*Inducta ad vnū finē, non debent contrariū effectū operari.*
37 *Authoritas Brachij Regij numquid limitata, & a quo limitetur.*

38 Brachium regium vbi, & quando originem duxit.
Ordo iudiciarius cur et quando inuentus.
39 Brachij Regij facultas a quibus concedi poſſit.
40 Domini recognoſcentes ſuperiorem, non habent ius concedendi Brachium regium.
Iuriſdictio limitata apud quos.
41 Domini qui nomine Principis, vel Ducis carent, tamen aliqui habent plenitudinem poteſtatis.
42 Brachium Regium quibus perſonis concedendum, & inf. num. 47.
Male digeruntur exhibita frigido ventriculo.
Auaritia Iudicum quanta mala parit, nu. 47.
43 Iudæis nulla iuriſdictio competit.
Iudæus etiam factus Chriſtianus, non poteſt eſſe Iudex, Rector, Doctor, Tabellio, nec tutor Chriſtiani.
Immunitas conceſſa incolis, etiam intelligitur conceſſa Iudæis.
Iudæi non debent eſſe immunes plus Chriſtianorum.
44 Res furtiua empta ſine pretio reſtituenda.
Iudæi, ſicut Chriſtiani reſtituunt malè ablata, ita & ipſi debent reſtituere abſque pretio.
Iudæorum conuerſatio prohibita, niſi in conuertendo.
Iudæi qua de cauſa inter Chriſtianos tolerandi.
Iudæi an ſecundum leges ciuiles Chriſtianorum agere debent: & eis ius ita reddatur.
45 Negans Chriſtum coram hominibus, negabitur coram Patre cœleſti.
Iuriſdictio non eſt danda carentibus membris.
46 Brachij regij authoritas concernit periculoſam materiam.
47 Princeps eſt ſecurus de legum dictamine, non autem de uoluntate, & paſſione Iudicum.
Arbitrium liberum concedendum eſſe viris probis, & fidelibus, doctis, & non ignaris.
48 Brachium Regium quibus ex cauſis concedendũ, & quibus ex cauſis non debere concedi.
49 Cauſa vtrum criminalis ſit, an ciuilis, vel mixta, ſciri oportet ob multos effectus iuris.
50 Criminalis cauſa quæ ſit merè.
51 An merè criminalis ſit cauſa, cùm pars pœnæ applicatur parti.
52 Ciuilis cauſa quæ ſit.
53 Mixta cauſa quæ ſit.
54 Delicta pro quibus concedendum ſit Brachium regium.
Delicta atrociſſima quæ dicuntur.
55 Delicta reſeruata, quæ non comprehenduntur in abolitione generali, ſeu in Decreto gratioſo.
56 Vtilitas cognoſcendi quæ delicta ſint atrociſſima, & quæ non.
In delictis atrociſſimis, quomodo procedendum.
57 Vbi maius delictum ibi maior rigor.
Rigor vbi pro æquitate habetur.
58 Abolitiones criminum quando, & quibus ex cauſis fieri ſolent.
Subditi in primo aduentu noui Domini tenentur obuiam ire proceſſionaliter Domino, et donare Domino ſubſidium charitatiuum.
59 Anno 1598. memoranda facta, Italiæ, Galliæ, & Hiſpaniæ necnon Vngariæ.
Summus Pontifex Clemens VIII. Ferrariam venit, & Ferraria rediit ad Eccleſiam.
D. Cæſar Eſtenſis Dux, & Chriſtiana eius reſolutio ſummopere laudanda.
60 D. Cæſar Dux abnegauit dictum Cæſaris dictatoris.
Ius ſi violandum eſt, regnandi cauſa violandum eſſe, eſt dictum Tyrannicum.
Nuptiæ Reginæ Hiſpaniarum a Clemente VIII. Papa celebratæ in Ciuitate Ferrariæ.
Nuptiæ ibidem celebratæ Sereniſſimæ Infantæ Iſabellæ filiæ Regis Hiſpaniarum, cum Sereniſſimo Archiduca Alberto Auſtriaco.
Ducis Sereniſs. Mantuæ gaudia, & liberalitates, ac magnitudo ob aduentum Summi Pontificis, & Reginæ Hiſpaniarum.
61 In delictis leuibus non eſt concedendũ Brachium Regium.
62 In cauſa graui grauiter procedendum, & leuiter in cauſa leui, & ſup. nu. 52.
63 Delicta quæ ſunt exceptuata, & quæ non, & nu. 60.
64 Latro famoſus qui.
65 Crimina excepta quæ ſint.
66 Rebellio quid ſit.
67 Crimen læſæ Maieſtatis quid ſit, qualiter, & a quibus committatur.
68 Hæreſis, & hæreticus, qui propriè dicatur, & nu. 64.
69 Hæreſis qualiter probetur.
Hæreticus manifeſtus qui.
70 Abſolutus ſemel ob hæreſim, an iterum poterit moleſtari?
71 Simonia quæ dicatur.
Simonia peior Idololatria.
72 Sacrilegium quid ſit, & quomodo committitur. & 70.
73 Res ſacræ quæ dicantur.
74 Res ſacræ an alienari poſſint.
75 Sacrilegium non eſt furari rem non ſacram in Eccleſia non ſacrata.
76 Aſſaſſinium quid, & quomodo committatur.
77 Aſſaſſinium vt commiſſum dicatur quatuor requiruntur.
78 Delictum per Aſſaſſinium quando eſſe dicatur.
79 Aſſaſſini qui vere dicantur.
80 Proditio, & delictum proditorium.
81 Proditor qui, & ex quibus cognoſcitur.
82 Proditor quot modis dicatur.
83 Proditorum ſigna.
84 Lingua adulatoris peior manu interfectoris.
Defectuoſus ſemper alios eodem morbo appellat.
85 Delicta grauia, grauiora, grauiſſima.
Delicta enormia, enormiſſima.
Delicta atrocia, atrociſſima.
86 Delicta quæ in domo, in curtili, in horto, in officina, in hoſpitio, in ſtabulo, in mari, in Inſula, naui, & in portu, remiſſiuè.
87 Reſp. Ianuæ ab optimatibus gubernatur.
Tirar il colpo, & aſcondere il braccio. dicitur error communis.
88 Brachium Regium petere an ſpectet ad fiſcum, vel ad partem offenſam.
89 Reip. intereſt delicta puniri.
97 Immunitate Eccleſiaſtica, caſus quibus non gaudetur.
98 Latro viarum an gaudeat immunitate Eccleſiaſtica.
Bulla Papæ Gregorij XIIII. in materia immunitatis Eccleſiaſticæ.
99 Excommunicatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper timenda.
Iuriſdictionem tueri verbis & facto expedit.
100 Clericus notoriè malefactor ſi ſit incorrigibilis, a laico capi poteſt.
101 Extrahens ſine licentia ab Eccleſia laicum, an excommunicari poſſit, ſi extractus non gaudet ea immunitate.
102 Arma prohibita ferens in Eccleſia, an capi poſſit ab executoribus Iudicis laici.
103 Iudex Eccleſiaſticus eſt competens contra Laicum in Eccleſia delinquentem.
104 Laicus delinquens in clericum, non gaudet eodem priuilegio fori.
105 Brachij regij authoritas eſt danda in ſcriptis: & qua de cauſa.
Iudici an ſit credendum de commiſſione Principis.
Mandatum procuræ exigit ſcripturam.
D. Capitanei Iuſtitiæ Mantuæ qualis, ac quanta ſit authoritas.
106 Clauſula ordine ſeruato, & non ſeruato, quid importat remiſſiue.
107 Statuta quod credatur teſtibus inhabilibus, vel quod deueniatur ad torturam etiam ſine inditijs, qualiter ſunt intelligenda.
108 Reſcripti verba ſemper ponderanda.
Reſcripta extraordinarij modi procedendi ſunt ſtricti iuris.
Reſcripti verba tantum valent, quantum ſonant.

Reſcri-

Reſcripta ſunt interpretanda ſecundum mentem reſcribentis.
109 Arbitrium liberum,& abſolutum quibus verbis datur.
Arbitrium ſimpliciter ſonat iuriſdictionem.
110 Arbitrium liberum in procedendo, an intelligatur datum in ſententiando.
Iudex talis eſſe debet in iudicando, qualis in procedendo contra.
Arbitrium datum in definiendo,an cenſetur etiam datum in cognoſcendo.
Arbitrium datum in condemnando,an intelligitur datum in abſoluendo.
111 Arbitrium datum ſuper cauſa principali,an etiam intelligatur datum ſuper acceſſorijs,incidenti,& emergenti:annexis,& connexis.
Continentia cauſæ non debent diuidi.
112 Inuidens,emergens,annexum,& huiuſmodi,quæ ſunt.
Princeps in dubio præſumitur velle vti poteſtate ordinaria.
113 Arbitrium in condemnando,an etiam in procedendo.
Iudex excedendo fines mandatæ iuriſdictionis facit tanquam priuatus,cui reſiſti poteſt.
Exceſſus non operatur quidquam,ſed ad congruum modũ factum reducitur.
114 Iudici excedenti de facto an & qualiter poſſit reſiſti.
Exceſſus Imperatoris,Regum,Ducum,Principum, Conſiliariorum ac aliorum qui ſunt,remiſſiue.
115 Iudex in dubio non præſumitur, quod exceſſerit,fallit, vt ibi.
116 Brachium Regium calore iracundiæ non eſſe concedendum.
Ratio vbi deficit motum cauſat iniuſtum.
117 Authoritas regulariter ſecundum legem ſcriptam danda.
Ratio naturalis non ſemper bona,nec recta.
Quilibet abundat in ſenſu ſuo.
118 Princeps eſt ligatus dictamini rationis.
Princeps dicitur animal politicum.
Princeps licet ſit Dominus legum, non eſt Dominus morum.
119 Principis iuſſiones propter bonum, & iuſtum, & non aliter.
Princeps mandans procedi manu regia, intelligitur iuxta bonam conſcientiam.
120 Princeps dicitur lex animata in terris.
Habitus malus malam rationem parit naturaliter.
121 Ratio ſola naturalis non eſt ſufficiens in regendis populis, ſed iuribus eſt adhærendum.
122 Aequitas non eſt ſumenda a propria ceruice.
123 Ratio cur Brachij regij authoritas hodie frequentius concedatur.
124 Delictorum occultorum,& præmeditatorum frequentia, expoſcit remedia ſuperextraordinaria.
Diluuium cur ſtetit ſuper terram vniuerſam.
Reges quando inuenti fuere.
Brachium regium cur concedendum.
125 Mores antiqui quantum diſtant a modernis, & dantur exempla.
Petardus inſtrumentum Bellicum nouiter repertum.
Turcæ timent bellicum inſtrumentum nomine Petardum.
Mores militandi moderno tempore.
Mores Medicorum modernorum in medendo.
126 Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.
Delicta vt plurimum impunita remanerent, ſi ſeruaretur ius,& modus ordinarie.
127 Delinquentium graſſatur iniquitas, ſi impunitas tranſit in exemplum.
Publica lætitia turbatur cum facinoroſi non puniuntur.
128 Ex cauſa licet recedere a regulis iuris communis, & a via ordinaria.
Aetas antiqua probitate plena ſecus moderna.
129 Tortura olim erat remedium extraordinarium,hodie vero fit ordinarium,& qua de cauſa.
Accuſatio, & ex officio procedere non confunduntur, nec vnum facit ceſſare alterum.
Ex officio de conſuetudine procedi poteſt pro quolibet delicto.
130 Teſtibus inhabilibus quandoque credendum,& cur.
Domus ſua vnicuique tutiſſimum refugium eſſe debet.
Latrunculatores moderni exquiſita, & non audita in ſcholis practica vtuntur quandoque,& cur.
Iudices quanto iuniores,tanto perſpicatiores.
Iudicum virtuoſorum laudes & epitheta.
131 Clauſula quibus Brachium regium concedatur.
132 Clauſula ſine ſolemnitatibus.
Clauſula ſecundum cor tuum.
Secundum ſenſum tuum.
Secundum appetitum tuum.
Secundum carnem tuam.
Clauſula ad libitum voluntatis tuæ.
Clauſula nullo iuris ordine ſeruato.
Procedas de facto.
Altè,& baſsè.
Clauſula authoritatem noſtram impartimur.
Brachium regium concedimus.
Manu regia procedas.
Procedas viriliter,ac rigoroſè.
Extraordinario modo.
Prout tibi placuerit.
Prout volueris.
Clauſula committimus cognitionem cum pleno, & libero arbitrio,vel facias ad tuam voluntatem.
Clauſula quod omnia poſſis facere, quæ noſmet poſſumus.
Clauſula, Vices noſtras concedimus, eſt amplior cæteris.
Clauſula diſcretioni tuæ committimus,vel conſcientiæ tuę.
De conſcientia quo vbi.
133 Quando per proceſſum informatiuum recte procedi poſſit: infra,nume. 169.
134 Clauſula ſummarie ſimpliciter,etc.
Impij ambulant in circuitu.
135 Clauſula de plano.
136 Gemmationis vires.
Virtus vnita fortior.
137 Clauſula ſine ſtrepitu.
138 Delinquens ad aures ſecreto tantum iudicis delictum patefaciens an poterit condemnari.
Conſcientia propria nil ſecretius.
139 Iuſtitia in carceribus an exequi poſſit.
140 Clauſula ſine figura iudicij.
141 Acta cauſæ,& acta iudicij differunt.
Probatio neceſſaria eſt de iure diuino.
142 Clauſula ſola facti veritate inſpecta.
143 Clauſula velo leuato.
144 Oculi & aures ſimul ſunt teſtes certi.
145 Turpis perſona,& facinoroſa,an audet oſtendere faciem.
Brachium ſorte a quo originem habuiſſe dicitur.
146 Velum leuare quid ſit:quid denotat ſcindere velum.
147 Clauſula altè & baſſe.
148 Clauſula cum mero,& mixto imperio,ac gladij ampla,& abſoluta poteſtate.
149 Principi ſoli quæ conueniunt,& reſeruata ſunt.
150 Imperij meri & mixti,pleniſſimi, plenioris, & pleni differentia.
151 Imperium merum,& mixtum,an etiam circa cauſas ciuiles verſatur.
Magiſtratus maiores,& ſupremi qui ſunt.
152 Gladij poteſtas eſt de reſeruatis Principi.
Gladij poteſtas quid ſit.
153 Mutilatio membrorum quibus competit,et quibus modis intelligitur.
Gladius quot modis accipitur.
Gladij poteſtas conceſſa Beato Petro.
Vbi maior minor ceſſat.
154 Iudex inferior præſente maiori magiſtratu ius non dicit.
Conſtantinus Imperator reſignauit Beato Silueſtro Papæ gladij poteſtatem:& cur.

155 *Gladium, ſeu enſem nudum, & eleuatum anteferre, quid ſignificet.*
*Imperatoria Maieſtas cur enſe nudo in dextera pingitur eleuato?*
156 *Arbitrium qualiter ſonat in iuriſdictionem, & qualiter non.*
*Regulæ in concedendo Brachio Regio.*
*Verba quibus arbitrium conceditur, & de earum interpretatione, & quibus verbis datum non intelligitur.*
157 *Verba arbitrium importantia tam in procedendo, quam in condemnando.*
158 *Arbitrium liberum collatum iudici ordinario, quid importat.*
159 *Bonus vir dicitur iudex ordinarius.*
*Verba non cenſentur appoſita ſuperfluè.*
160 *Clauſula, procedas ſecundum imperium tuum.*
161 *Verba importantia liberam voluntatem, nõ operantur contra tertium.*
162 *Exceptio acquiſita parte nũquam cenſetur per reſcriptum ablata.*
163 *Progreſſus factus manu regia, debet nihilominus intimari parti.*
164 *Solemnitates iuris quæ ſint.*
165 *Clauſulæ quibus rigor relaxari dicitur.*
*Rigor quando præfertur æquitati.*
166 *Clauſula vices noſtras concedimus, quæ conceſſa etiam dicuntur.*
167 *Iudex quando dicitur ſubrogatus loco Principis.*
*Iudex Clericus ſubrogatus loco Iudicis laici.*
*Subrogatus Iudex quæ poſſit facere.*
168 *Princeps contra ius naturale, & Diuinum non poteſt de plenitudine poteſtatis ſtatuere.*
169 *Papa, nec Imperator, an teneantur ſeruare pacta ſuorum prædeceſſorum.*
*Princeps quomodo ſit ſupra ius poſitiuum.*
170 *Princeps plenitudine poteſtatis vtendo ſine iuſta cauſa peccat.*
171 *Princeps non poteſt quidquam turpe, vel inhoneſtum iubere.*
*Princeps tenetur ſeruare legem, quam fecit, actiuè, & non paſſiuè.*
172 *Princeps an poſſit tollere citationem.*
173 *Principi an parendum ſit, quando imminet ſcandalum.*
174 *Clauſula, nulla iuris ſolemnitate ſeruata.*
*Per proceſſum informatiuum, quibus ex cauſis proceditur.*
175 *Princeps poteſt ſupplere, vel adimere ijs quæ non ſunt de ordine ſubſtantiali Iudicij.*
176 *Ordo Iudicij duplex.*
*Subſtantialia iudicij quæ ſint.*
177 *Ordinis iuſtitiæ quæ ſunt: & iudicij criminalis.*
178 *Subſtantialia iudicij criminalis quæ dici poſſunt.*
179 *Citatio an die feriata in honorem Dei fiat.*
*Feriati dies in honorem Dei ſunt, quamuis operari poſſit, quando feriæ ſunt in honorem Dei.*
180 *Reus indefenſus condemnari non poteſt.*
181 *Proceſſu informatiuo quando procedatur.*
*Reus quomodo cognoſcatur quod indefenſus minimè condemnatur.*
182 *Princeps non poteſt denegare iuſtitiam, cui competit.*
*Princeps non tenetur ſeruare inſtantiam, poteſt etiam abbreuiare terminos.*
183 *Renuntiari defenſionibus, nemo conſuli debet.*
184 *Notorijs criminibus proceditur ſolemnitatibus non ſeruatis.*
*Notorium crimen poteſt habere aliquam excuſationem.*
185 *Reus quando ſine defenſionibus expediri poteſt.*
186 *Princeps non poteſt auferre defenſiones, niſi formam.*
187 *Defenſionibus quando renuntiari poſſit.*
188 *Princeps nequit condemnare quenquam niſi prius conſtito de delicto.*
*Delicta facti tranſeuntis.*
189 *Captura quibus caſibus ſtatim ſit concedenda.*
*Delicta facti permanentis.*
*De delicto per teſtes quibus caſibus conſtare poteſt.*
190 *Delicti corpus oculis ſubijciendum.*
*Practica ſeruanda in inueſtigando corpore delicti.*
191 *Corpus offenſum qualiter viſitari debet, & quid ſi non reperiatur.*
192 *Reus quando non conſtito de delicto puniri poſſit.*
193 *De delicto triplici de cauſa conſtare debet.*
194 *De delicto quando non poteſt conſtare quid agendum.*
195 *Reus antequam condemnetur oportet habere indicia.*
*Princeps an poſſit torqueri facere Reum ſine inditijs.*
196 *Practica viſitationum delictorum.*
197 *Cadauer occiſi, cuius ignoratur nomen & patria ſolet exponi in plateis publicis.*
198 *Iudex conſtito de delicto poteſt procedere, licet erraret in nomine delinquentis: quid in furto.*
*Cadauer repertum an a ſeipſo, vel ab alio fuerit occiſus quomodo cognoſcatur.*
199 *De delicto per ſententiam conſtare poteſt.*
200 *De delicto conſtare poteſt ex præſumptionibus.*
201 *Delicta, quæ noctu, domique fiunt.*
202 *Delictum coram Principe commiſſum dicitur notorium, & atrox, licet aliunde non ſic.*
*Qualitates delictum aggrauantes.*
203 *Delictum notorium quibus modis dicitur.*
204 *Delictum factum coram Iudice.*
205 *Notorius delinquens an audiendus: exceptiones friuolæ reijciuntur.*
206 *In notorio crimine an accuſator & alia requirantur, prout in delictis non notorijs.*
*In notorijs ordo eſt, ordinem non ſeruare.*
207 *Notorium nuda tergiuerſatione celari poteſt.*
*Notorium poteſt habere excuſationem.*
*Defenſiones ſemper dandæ.*
208 *Deus qui ſcit omnia, nihilominus conſtituit Adam coram ſe & interrogauit.*
209 *Deus condemnauit Adam in ſudore, Euam in dolore, & Diabolum in obtruncatione crurum.*
210 *Defenſiones etiam Diabolo an dandæ: dic quod non, ratio hic aſſignatur.*
211 *Angelus non eſt ſuſceptibilis pœnitentię.*
*Natura ſpiritualis fuit ſemel tantum vertibilis.*
*Angeli boni in gratia confirmati.*
*Angeli mali in æternum damnati.*
212 *Deus datis defenſionibus Adæ, Euæ, & Cain, reiectis friuolis exceptionibus eos condemnauit, ſed diuerſimode.*
213 *Deus reiecit friuolam exceptionem Caini.*
214 *Citatio peremptoria eſt de iure.*
*Citari num debet notorius delinquens.*
215 *Captus in fragranti qui dicitur, & quando non.*
216 *Berouarijs in leuibus creditur.*
*Berouarij in grauibus faciunt inditium ad torturam.*
217 *Cautela tutè procedendi contra notorios delinquentes, aut captos in fragranti crimine.*
*Reperti cum armis qualiter puniantur.*
218 *Arma, qui ignoranter accommodauit, an ſit puniendus.*
219 *Iudices ordinarij caueant a repentinis executionibus, quando carent libero arbitrio.*
220 *Maior Magiſtratus poteſt mandare, vt ſtatim pœna exequatur, intellige vt hic.*
*Maior Magiſtratus cum libero arbitrio æquiparatur præfecto Prætorio.*
221 *Iudices ſupremi de quibus iudicare poſſunt.*
*Iudices prohibentur ire cũ equis currulibus ad ſpectacula.*
222 *Informationes ſumi debent etiam contra captum in fragranti.*
223 *Captus in fragranti quando dicitur re conuictus.*
*Berouarijs an licet verberare reſiſtentem, vel etiam occidere.*

*Cautela*

224 Cautela pro Beronarijs quando exceſſus committitur in captura contra perſonam capti.
Reſiſtentia officiali quando licita ſit.
225 Executores publici licentiam in ſcriptis oſtendent in actu executionis.
Reſiſti an poſſit de facto iudici.& quomodo, qua de cauſa, quibus in locis.
226 Reſiſtentia fieri debet cum moderamine inculpatæ tutelę.
227 Præmium pro capto infraganti quando debetur.
228 Capere delinquentem in fraganti cuilibet licet.
Capiens quando excuſatur a pęna de priuato carcere.
229 Contra captos in fraganti ordo eſt ordinem non ſeruare.
Captis in fraganti non datur copia inditiorum.
Nec defenſiones de iure, ſecus de conſuetudine.
230 Contra propriam confeſſionem multa adduci poſſe.
Confeſſio qualiter impugnari, vel excuſari poteſt.
Defenſiones contra propriam confeſſionem.
231 Capto cum armis defenſiones, quæ poſſunt competere.
232 Arma quando portare licet.
Qui vult conſequens vult & antecedens.
233 Executione conceſſa, an cognitio etiam cenſeatur conceſſa.
234 Priuilegium allegandi, vel aliam qualitatem ad defenſam tenetur docere.
235 Princeps poteſt iudicare ſecundum conſcientiam.
Conſilium malum præbens maius peccatum habet.
Princeps ob malum conſilium excuſatur.
236 Conſiliarij ob malum conſilium non excuſantur.
Conſilij mali, quam mali effectus naſcantur.
237 Iudex an poſſit damnare illum delinquentem, qui ad aures ei ſecreto delictum propalauit.
Iudex ſupremæ authoritatis poteſt iudicare ſecundum conſcientiam.
238 Principi mandanti ſtatim delinquentem puniri ſine proceſſu an obediendum ſit.
239 Principi ſoli quando credendum, & de vi eius teſtimonij.
Papa in terris non habet parem.
Papam venerantur Imperatores, & Reges genu flexo.
240 Iudex inferior non poteſt amplius ſe ingerere in cauſa quā ſuperior ad ſe vocauit.
Nec coram ſuperiori ſuo ius dicere poteſt.
241 Iudex ſuperior corā Principe non poteſt gladij poteſtatem exercere.
242 Princeps committendo Iudici, vt iuſtitiam faciat, cenſetur elegiſſe viam ordinariam, a qua diſcedere non debet.
243 Clauſula, iuſtitiam facias, quid importat.
Principis proprium eſt manu regia cauſas expedire celeriter.
Cauſa ſemel commiſſa, non debet alteri delegari.
Princeps non poteſt ſine cauſa variare.
Princeps ius alteri quæſitum non debet auferre.
244 Cauſæ ex quibus Princeps poſſit aduocare ad ſe, vel alteri mandare cognitionem cauſæ iam commiſſæ.
Principi ſemper cauſa ineſſe dicitur.
Princeps non eſt interrogandus cur ita facis.
245 Princeps ſine cauſa an poſſit remouere officialem.
Principis ſucceſſor tenetur ſtare officiali electo.
246 Princeps faciendo aliquid contra ius præſumitur circumuentus.
Conſilium ſanum ſanat omnia.
Princeps cuncta recte facit conſilio ſano, & prudentia.
247 Princeps in dubio non præſumitur vti velle plenitudine poteſtatis.
Error iuris non cadit in Principe.
Princeps dicens ſic volo, ſic iubeo, manum ponit ad poteſtatem abſolutam.
248 Princeps vtendo poteſtate ordinaria, eius reſcripta redarguere licet.
Principis mens præſumitur, qualis eſt mens legis.
249 Princeps abdicando cauſam a Iudice ordinario dicitur priuare illum iuriſdictione quo ad illam cauſam tantum.
Cauſa ſemel abdicata, & alteri delegata morte delegantis reuertitur ad Principem.
Iuriſdictio omnis a Principe, & ad Principem refluit ſicut aqua ad mare.
250 Iudex ordinarius quando efficitur delegatus.
A priuatione ad habitum non datur regreſſus.
251 Cauſa ſemel delegata, ſemper delegabilis.
Cauſa ſemel compromiſſa, ſemper compromiſſibilis.
Cauſa ſemel coram Principe cœpta, non egreditur amplius.
252 Iudex qui ſemel extraiudicialiter iudicauit, iterum extraiudicialiter iudicare poteſt.
Cauſa ordinaria ſemel effecta ſummaria ſemper dicitur ſummaria.
253 Res ſemel effecta alienabilis, ſemper eſt alienabilis.
254 Merum imperium ſemel delegatū de cætero delegabitur.
Merum imperium regulariter non eſt delegabile.
Adiunctus datus ab initio Iudici ordinario, non propter ſuſpicionem, ſed vt cauſa prudentius, & magis viriliter expediatur, dicitur delegatus, & facit pariter ordinarium delegatum.
Adiuncti ratione conceditur, quod ſimpliciter non concederetur.
255 Vna & eadem res non debet diuerſo iure cenſeri.
Adiunctus iudici ordinario quando dari poteſt.
256 Suſpitio Iudicis per iuramentum calumniæ deducitur.
257 Princeps, & in notorio ſuſpecto non tollit exceptionem recuſationis.
258 Iudex ſuſpectus allegari non poteſt in delictis notorijs.
259 Delegare, & excitare iuriſdictionem differunt.
260 Iudex an ſit ordinarius, vel delegatus quomodo cognoſcitur.
261 Commiſſio Principis quando Delegationem importat.
262 Statutum quando dicitur tantummodo recitatorium iuris communis.
263 In maiori ſumma ineſt minor.
264 Iudex qui poteſt ferre ſententiam tanquam ordinarius, & tāquam Delegatus in dubio præſumitur tuliſſe tanquam ordinarius.
265 Secretarij an valeant declarare reſcripta Principum
266 Cancellariorum, & ſilentiariorum fia. quanta ſit.
267 Verbis ambiguis, & amphibologicis, qui vſi ſunt.
Exitus acta probat.
269 Delegatus Principis an ſubdelegare poſſit.
271 Induſtria perſonæ quando electa dicitur.
272 Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ an ſubdelegare poſſit.
273 Delegatus Principis, licet poſſit alteri ſubdelegare, tamen non poteſt committere, vt etiam alteri ſubdelegari poſſit.
274 Proceſſus a non habente iuriſdictionem non poteſt ratificari, niſi a Principe.
Ratificatio non habet locum in iuriſdictionalibus.
275 Cognitio an ſubſtitutus potuit ſubſtituere, ſpectat ad ſubſtituentem, & ſic ad primum Delegatum.
276 Delegatio eſt ſtricti iuris.
277 Iudex Brachij Regij multa facere poteſt, de quibus hic.
278 Duces belli latum habent arbitrium.
279 Bellum iuſtum quod ſit.
280 Bellum idem poteſt iuſtum eſſe & iniuſtum.
281 Etiam inter Chriſtianos poteſt bellum eſſe iuſtum.

# DE BRACHIO REGIO.

## PARS PRIMA.

1 SAepenumero contingit ob delictorum grauitatem Brachium (quod Regium nuncupatur) à Regibus, & Principibus, necnon ab alijs Dominis talem poteſtatem habentibus impartiri iudicibus maleficiorum, vel delegatis pro indaganda, & eruē da veritate criminum atrociſſimorum, occultorumq́;, vt rigoroſiſſimè, ac viriliter manu regia procedāt contra quoſcunque ſuſpectos, & culpabiles, & delinquen-
2 tes ſeuerè puniant, † de quo trad. Innoc. in c. 1. de conſtitut. & Bald. in l. obſeruare, §. proficiſci, 1 1. q. ff. de offic. proconſul. & in l. 1. C. de prec. imper. offer. & in l. ſi

ſeuerior,3. col.C.ex quib.cauſ.infam.irrog.& ſcriben.
ferè omnes in l.2.& ibi gloſ. ff.de orig.iur. vbi propria
ſedes. Iaſ.num.11.Cagnol.num.7.Oſaſc.nume.3.Burt.
in l.frater a fratre,num.12.de cond.indeb.Salyc.& Iaſ.
in l.ex hoc iure,de iuſt.& iur.omnes in Rubr.de verb.
oblig.Soc.Sen.num.7.Iun.num.89. Bald. Nouelli.nu-
me.13.verius num.27.Bulgar.num.13. Buttigel.num.
1.Ruin.num.4. Galiaul.num.198.& ſeq.Niger.nume.
7.& ſequ. Card.Bolognet. ea.rubr.c.12. per tot. Fortu.
Garz.in l.iuriſgentium,num.4.de pac.Cano.in ca.quæ
in Eccleſiarum,de conſtit.vbi Abb.num. 14.Felyn.nu
me.55 But.num.27.Imol.num.13.Natt.in clemen.ſæ
pe,§.1.col.9.de verb.ſign.& ibi Lanfranc.ver. & libel-
lus,Card.in clem.diſpendioſam,q.44.de iud. Aret.in §.
in bonæ fidei, Inſtit.de act.Bart.in tract.ad reprim.ver.
& figura,num.12.Oldrad.conſ.615.Cor.concl.216.nu
me.20.vol.1.Dec.conſ.434.num.4.Mandes.ad Lap. al
leg.128.lit.g.num.4.relatus a celeber. D. Burſat.in eius
magiſtrali conſ.201.pro dilucidatione nu.117. Olden.
lib.act.commun.tit.de vet.act.num.3.Bertazol.conſil.
143.num.6.Marant.4.part.iud.diſtinct.9. num.11. A-
ſin.in eius pract.§.1.num.2.& §.3.c.3.Mar.Lauden.de
repręſal.num.12.Ill.Præſes D.Menoch.de arb.iud. lib.
1.q.7.nume.69. Leopol. Dichius enconomia iuris.fol.
22.& 25.Franc.Conna.de iur.ciuil.lib.1.cap.7.num.3.
Anton.Cordua.de Padill.in l.ſi quis à liberis, in 1.nu.
53.de lib.agnoſc.præfat.Car.Bolog.de leg.iur. & æquit.
3 cap.10.num.14.cap.11.num.15.† Et hæc facultas Bra
chij Regij crimina ſic proſequitur,vt lege maior,nullo
limite ſit circumſcripta. Aſin.d.cap.2.nume.6.Conna.
d.cap.7.num.3.Bolog.mox adduc.in cap.12.nume.20.
4 & d.cap. 11. nume.8. † Nam Reip.intereſt delicta, &
improbos puniri,l.bonę fidei,ff.de poſ.l.ita vulneratus,
ad leg.Aquil.Soc.d.Rubr.de verb.oblig.nu.4.ibidem.
Bol.num.3.& 13.& 14. Quodque glorioſius eſt,bono-
rum conſulit ſaluti vindex innocẽtiæ. Iacob. Omphal.
de vſurp.leg.lib.1.cap.11.& de Princ.functio.lib.1.c.1.
& 6.& tandem D.Decia.tract.delict.tom.1.lib.4.c.25.
car.164.Et licet multi multa miſcellaneè in theorica
ſcripſerunt, tamen practicandi modum minimè do-
cuerunt, eo quia prius facere non cœperunt, vt apud
Luc.c.1.ad Theophilum in Actis Apoſtol. in propoſi-
to Afflict.ſuper 2.feud.tit. Quis dicatur Dux,Rub.36.
ſub num.9.verſ.ſecundo requiritur,quod ſit eruditus,vt
primo diſcat,quam doceat,& 61.diſtinctio.cap. ſtatui-
mus,& cap.miramur. At Deus pro ſui largitate impar-
tiri ſolet ſcientiam timentibus illum,Pſal.111. & Luc.
cap.12.& ideo non debemus cum Iudæis mirari,dicen
tes, quomodo hic literas ſcit, cum nondum didicerit.
Luc.Euang.cap.7.& qui donum hoc à Deo datum poſ
ſident,eorum doctrina eſt tuta, & ſalutaris. Verùm vt
plurimum datur tam ampla poteſtas, & ignorant eius
vires,neſciunt calles,neque terminos; more illius, cui
gladius datur,ſed qualiter cum eo ſe gerat,penitus igno
5 rat: habet enſem, & neſcit digladiari. † Quo fit vt Iu-
dices ſub prætextu, tam lati, & abſoluti arbitrij exce-
dant Baliam,inanem gloriam affectantes,nedum rigi-
dè, ſed vt quàm maximè rigoroſiſſimè ſuper dorſum
pauperum inculpatorum procedant, & contra omnes
iuris terminos,approbatos mores, & vſus conſuetudi-
narios,alios quippe perdunt;alios mactant; alios man-
cos reddunt;in maximum eorum animæ detrimẽtum,
nec non ad deſtructionem,perditionemq́ue magis ſub
ditorum,quam ad eorum conſeruationem, & quod pe
ius eſt, magna tormentorum ſæuitia erroneas confeſ-
ſiones extorquent, & innocens punitur, nocens vero
6 abſoluitur, † & alij non deſunt,qui gloriantur,cum ip-
ſi malefecerint,ſub prætextu zeli,& virilis iuſtitiæ, vel
rationis ſtatus(miſcendo ſacra prophanis)quorum finis
interitus,contra quos Sacra pagina inuehit. Noli æmu
lari malignantibus,neque zelaueris facientibus iniqui-
7 tatem. † Quamobrem ne vagemur in tenebris; Primo
quid ſit Brachium Regium,vel manus regia ſic defini-
re placet,vt videatur omnibus numeris, & legibus ab-
ſoluta poteſtas. cuius manus verbum metaphoricè ſi-
gnificat, quandoque poteſtatem regiam, per Caball.
milleloq.33.p.3.quandoque poteſtatem paternam, vt
l. fin. cum glo. C.de emancipat. quandoque poſſeſſio-
nem,& Dominium,l.Titius,de ſer.expor. & in noſtro
idem eſt dicere Brachium Regium, vel manus Regia,
nam pręſupponimus eſſe Brachium viuum,& integrũ,
in quo ſit coniuncta manus viua,& non mortua, nam
ea eſt in operando organum organorum, vt ait Afflic.
Deciſ.299.nume.7.Sed quid ſit manus mortua in iure
noſtro, vid.Boer. Deciſ.263. num.10. & 11.Ranch.ad
Guid. Pap. Deciſ.361. Brachium igitur Regium dici-
mus eſſe arbitrium ſupremum non recognoſcentis Iu-
dicem ſuperiorem nullo iure certo, forma, tempore,
aut ordine reſtrictum, ſed liberum prorſus, cuncta re-
gens,vel naturalis rationis dictamine,vel effreni libidi
ne,de fortunis ſtatuens,& vita hominum,in contracti
bus voluntarijs exigens fidem, & debitum executiue,
in non voluntarijs,& capitalibus pęnas ſcelerum. Qua
definitione ſtante cuncta verba verificantur, & primo
arbitrium appellatur à gloſ.iam allegat. in l.2. vbi Zaſ.
num.21.de orig.iur.aliqui appellant poteſtatem, vt pla
cet Cagnol.ibi num.7.& Aſin.d.§.1.cap.2.nume.10.in
fin.Soc.Iun.in d.Rubr.de verb.obl.num.75. Secundò
ſupremum eſſe dixi, vt inter cæteros ſic præſupponunt
Zaſ.d.l.2.num.13.Cagnol.nume.7.Oldend.de vet.act.
ſol.num.4.Bòlog.de leg.iur.& æquitate, cap.10.nume.
8 13.Tertio † ſequitur non recognoſcentis Iudicem ſupe
riorem duplici de cauſa, vt conceſſum videatur a Prin-
cipe non recognoſcente ſuperiorem, (vt infra dicetur)
& cui conceſſum eſt,nemini ipſe ſit inferior, imo om-
nibus Iudicibus ſuperior, Zaſ. exemplificat in ipſa re
Imperatoris in d.l.2.nume.13.Leopol.Dich.Oecono-
mia iuris,fol.25.facit Berou.conſ.170.nume.14.vol.3.
Quarto dicitur nullo certo iure reſtrictum, hoc probat
Oldend.d.num.4.& Aſin.d.cap.2. num.6.Connan.de
iur.ciuil.lib.1.cap.7.num.3.Bolog.d.cap.10.nume.13.
cap.11.num.1.12.20.& cap.13.num.6.& 7.Dich.mox
9 adduc.num.22.† quia per arbitrium iſtud nedum cir-
ca non expreſſa à iure, ſed etiam ſuper expreſſis, Iudicẽ
noſtrum poteſtatem habere præſupponitur: conferrũt
dicta Felyn.in cap.ex literis, de conſtit. Marant.par.4.
nume.65. & Boſſ.in tit.de remed.ex ſola clemen.Prin.
nu.44. & 45. vbi melius eſſe ait regi a iuſto rege, quam
a lege ſcripta, nec arctatur a ſtatuto de compromiſſo
fiendo,licet generale ſit quod in cauſis criminalibus ta
le ſtatutum locum nõ habet. DD. tenent in l.Iulianus,
§.non diſtinguemus,ff.de arb. Aſin.pract.§.27.cap.8.
10 num.3.† Quinto & nullo iudicio, ſic ait Barto.in d.l.
frater a fratre,num.12.de cond.indeb.& Galiaula,in
d.Rubr.de verb.obl.num.128.Cordu.in d.l.ſi quis,nu
me.52.de liber.agnoſ.Marant.d.par.4.Dich.nume.11.
Bolog.de leg.iur.& ęquitate,cap.10.num.13.Sexto nul
la forma ita Oldend.d.tract.de vet.act.ſol.num.3.Bo-
logn.d.cap.10 nume.13. Leopol.Dich.d.tract.œcono-
11 mia iuris,fol.24.† Septimo nullo ordine, ſic exponit
Zaſ.d.l.2.num.13.Galiau.d.Rubr.de verb.obl.nu.198
Cagnol.in d.l.2.nume.7.& Leopol.Dich.fol.15.Aſin.
d.cap.3.num.1.Marant.diſtinct.9.num.11.Octauo,&
nullo tempore tam in procedendo,quam in iudicãdo,
quaſi de nocte,ſicut de die, etiam feriata in honorem
Dei,talis facultas exercenda. Aſin.d.cap.2.§.1.num.10
ibi etiam momento temporis. Hoc in delictis præſcri-
ptis talis facultas intelligitur data. Bol.in l.Lucius, §.
quę marito,ff.de legat.2.& Boer.deciſio.26.num.9.Eſt
verũ quod de conſuetudine etiam die feriata ſolet pro-
cedi in ijs cauſis,ita exigente neceſſitate, per l.impoſſi-
bilium,de reg.iur.Nec iudex noſter inſtantiam ſeruare
tenetur, Marant.de or.iud.p.5.nume.13. Afflict.deciſ.
183.in fin.cum illa ſit de iure poſitiuo. Aſin.pract.§.1.
cap.3.num.32.& 33.Hinc tempus probatorium,non
eſt ita anguſtandum quod ſi actor,eo elapſo non proba
uit,Reus ſtatim ſit abſoluendus,vt in l.qui accuſare,C.
de eden.l.actor,C.de probat. Quoniam talis regula fal-

lit

. ſit quando cauſa agitur côram Principe, vel eius vice
gerente. Sic per Alciat.& Put.in d.l.qui accuſare & per
Maſcar.concl.36.num.20. Nono, quod ſcriptura nulla,
apud Cagnol.d.l.2.num.7. Aſin.d.cap.2.num. 10.& ſic
12 reiectæ ſunt ſolemnitates. † Decimo dicitur arbitriū
prorſus liberum ad differentiam arbitrij ſimplicis. Zaſ.
d.l.2.numer.11. Oldend.d.tract.de vet.act.ſol.nume.3.
Aſin.cap.2.num.7.& 10.& §.3.cap.3.num.6. Connan.
de iur.ciuil.d.cap.7.num.3.lib.1. Bologn.d.cap. 10.nu-
me.19.cap.11.num.11.cap.13.num.6.& 7.de leg.iu. &
æquita. Soc.Iun. d.Rubr.de verb.obl. vbi ait tale arbi-
trium eſſe voluntatis,& ſic irregulatum,& prorſus libe
rum. Bart.in extrauag.ad reprim.in verb.iudicij, num.
3. Aret.in d.§.in bonæ fidei,nume.5. Inſtitu.de act. Af-
flict.deciſ.371.num.8.in cap.1.num.51.& in cap.ex li-
teris,de conſtit. Iaſ.in l.ſi ſic, num.27.de legat.primo.
13 D.Menoch.de arb.iud.lib.1.q.7.num.2. † Iuſtinus in
princ. Hiſtor.ibi arbitraria Principum pro legibus erāt
in quo ſuperiore dato liberum agno ſcitur Ioan. Bapti-
ſta,de arbitrarijs,lib.8.c.15. Benint.deciſ.31.numer.3.
Sed Bald.in l.dudum,verſ.tertio, C.de contrahen.em-
pt.pro notat.tradit,quod non habet arbitrium,qui non
habet ipſum ſimpliciter,ſed coarctato modo, vtputa in
tra conſortes tantum & ait coarctatam libertatem non
eſſe libertatem, & concludit dicens, ſiue quis non poſ-
ſit quod bonum eſt in ſe, ideſt natura rei, ſiue quis non
poſſit, quod bonum eſt ſibi, ſiue quis non poſſit, quod
bonum eſt alij, non dicitur habere libertatem arbitrij
abſolutè loquendo,& alleg.l.ſi optio,ff.qui & a quibus
paria enim ſunt tollere, & arctare facultatem, & libe-
ram poteſtatem in actibus, qui fundantur in libero ar-
bitrio,l.cum ita legatur, ff.de condit.& demonſtr. C.ſi
de terra,de elect. Anc.conſ.155.ſub num.7. Vndecimo,
tale regimen probat, d.l. 2. de orig.iur. & Oldend.de
vet.act.ſol.num.4. Bulgat.d.Rubr.num.3. Aſin.d.ca.3.
num.8. Bol.d.cap. 10.num.13. Galiau.in d.Rub. num.
298. Duodecimo de naturalis rationis dictamine lo-
quuntur Canon.in d.c. quæ in Eccleſiarum, vbi Abb.
num. 14. Felyn.ibi.num.55. Butr.nume.27. Mart.Lau-
denſ.de repreſal.num.12. Oldend.d.num.4. Bologn.d.
cap.10.num.15.& Connan.vbi ſupra cap.7. numer.3.
Tertiodecimo effrenatam libidinem dicunt Connan.
loco citato,& Bolog.de verb.oblig.cap.12.num.21. &
de leg.iur.& æquita.d.cap.13.num.6. Aſin.d.cap.2.vbi
exemplificat in Appio vindicias pro Virginia,quam de
peribat libera vltro concedente,num.7.& ſeque. quod
exemplum an ſubſiſtat pro nunc, ſat eſt. Quartodeci-
mo,ſic ſtatuere de fortunis hominum, Connan.d.cap.
7.& Bologn.ſupra adduc. Quintodecimo idem de vita
hominum dixere. Sextodecimo in contractibus volun
tarijs,tam in reciprocis,vt per Nigr.in d.Rub.de verb.
oblig.num.11. Soc.Iun.nume.92. Bolog.cap.9.nu.20.
quam in contractibus ex ſimplici pacto nudo, vt per
DD.quos adducit Aſin.communiter in d.§.3. cap.26.
num.3. Galiaul.in eod. Rubr.num.199. Niger.nume.
7.& 16. Bald.Nouell.num.13. Bolog.d.cap.8.num.10.
& 13. Decimoſeptimo, fidem obſeruari ait Niger. d.
Rubr.num.16. Bolog.d.cap.10. num.13. Decimoocta
uo,debitum reſpectu creditorum Bart. in l.frater a fra-
tre,num.12.& ibi Iaſ.nu.34. Connan.d.cap.7. Bereng.
in l.pacta conuenta, num.24. & 25. de contrah.empt.
Zaſ.d.l.2.num.7. Grat.conſ.10.num.13.lib.1.ex com-
14 mun. Bologn.d.cap.11.num.14. Decimonono † dixit
executiuè,quia manu Regia proceditur amotis circuiti
bus, Niger.d.Rubr.4.& 10.vbi ex omn.ſen.dicit quod
fiebat authoritate propria executio. Cagnol.d.l.2.num.
8. Bolog.d.cap.10.num.4. Vigeſimo,tandem dixi execu
tionem exigens etiam in cōtractibus non voluntarijs,
delictis,& pœnis,vt per Connan.ſæpe allegat.de iur.ci-
uil.d.cap.7.nu.3.vbi ſcelerum pœnas. Cord.d.l.ſi quis
a liberis,num.53. Bolog.d.cap.3.num.13. Aſin.d.ca.3.
vbi tam in cauſis ciuilibus,quam in criminalibus. Ve-
runtamen non obſtante ſupradicta noua definitione,
& loquendo tantum in materia criminum, & quoad
eius exercitium, prout eſt noſter principalis ſcopus,
15 † ſic practicabiliter Brachium noſtrum Regium de-
ſcribere cenſui,eſſe quandam facultatem, vel poteſtatē
extraordinariam, Iudicibus ordinarijs,vel delegatis cō
ceſſam,procedendi extraordinariè nulla iuris ſolemni-
tate inſpecta,de qua pro Put.de Synd in ver.arbitrium
cap.2.num.2.& Amad.eod.tract.num.141. cum plur.
ſeq.& tot.tit.de var. & extraord.crimin. & tantum ſit
appellari Brachium Regium,quam manus Regia, vel
liberum arbitrium. Aſin.d.eius pract.§.3.cap.3.nume.
12.& 14.de quo Sigiſmund.Scacc.tractat.ſuo de iudic.
cau.ciuil.& crim.& hæret.cap.53.ſub nume.41.vbi di-
cit idem importare,vt clauſula ſola facti veritate inſpe-
16 cta, de qua ſuo loco dicetur, † ſic Brachium Regium
appellari remedium extraordinarium per ſupradicta.
Quādoque dicitur authoritas,& manus Regia, de qua
in d.l.2.de orig.iur. quandoque vices Principis, vel iu-
riſdictio; prout ſonat hoc verbum Regium ſecundum
Iaſ.in l.ex hoc iure, num.3.ff.de iuſt.& iur.ſcrib.in l.2.
ff.de publ.iud.& in auct.ſed nouo iure,vbi Cæpo.C.de
ſer.fug. Caball. Milleloq.33.quandoque Brachium Re
gium dicitur liberum,& abſolutum arbitrium, vt ex-
plicant glo.& DD.in d.l.2.de orig.iur. Et ipſe proprius
accedens nil aliud eſſe præſuppono, niſi liberum arbi-
trium amplum,& abſolutum ſub hoc nomine Brachij
Regij in procedendo,puniendo, & futuris delictis pro
uidendo,vt infra in 2.part.nume.311. & in 3.par.243.
17 † ex quo notandum quod quatuor modis dici poteſt li
berum arbitrium, ſecundum Iaſ.in l.ſi quis maior, nu.
16.C.de tranſact. Primo,quod nullo ſit coactum impe
rio,ſed ſpontaneam,& ſolam habeat voluntatem. DD.
in l.ſi quis maior,vbi Bertazol.num.325.C.de tranſac.
ſecundo quando quis poteſt præferre iniquum æquo, l.
cum quidam,la ſeconda,de legat.1.& in l.fideicommiſ
ſo, §.quanquam, vbi gloſ.in verb.arbitrium, de legat.
tertio, & infra dicam in materia iuris iniqui. Tertio
modo dicitur liberum arbitrium, ſed regulatum ſecun
dum ius commune,l.1.C.de ſacr.ſanct. Eccleſ. Quarto
quando iudex per illud dicitur abſolutus a ſolemnitati-
bus iuris communis, quia dicitur liberum arbitrium
habere, vt in l.1. ff.de milit.teſtam.& ijs quatuor mo-
18 dis apud Bertazol.loc.ſupra cit. Addo,† quinto dicitur
liberum arbitrium facultas humanæ creaturæ a Deo
conceſſa,vt ſummum bonum amaret, & amando frue
retur, vt inquit S. Auguſt.in Enchirid. ſed hoc non eſt
præſentis ſpeculationis,ſat eſt dicere cum ſacra pagina,
a Deo cuncta bona procedunt, & perditio tua ex te Iſ-
rael, Oſe.cap.13. & hæc pauca de libero arbitrio dicta
19 ſufficiant; † Eſt etiam liberum arbitrium,quod alicui
conceditur dotandi filias defuncti, de quo trad. Decia.
conſ.54.num. 9.vol.1.& conſ. 17.nume.21. volum.2.
ſimile arbitrium ſolet dari executori vltimæ volunta-
tis,& de hoc Bart.in l.alio,de alim.& cib.leg.& in pro
poſ. D. Menoch.q.68.& caſ.149. Et quoad liberam fa-
cultatem teſtandi datam,& alia huiuſmodi,vide Mar-
20 ſilium in §.conſtante, ſub nume.24. † Rurſus alio no-
mine appellatur Brachium Regium noſtrum, videli-
cet Balia,apud Clar.§.fin.q.43.& q.64.ver.dixi,& ver.
dixi quoque, & D. Menoch. de arb.iud. qu.7. & apud
Regnicolas hoc Brachium præeminentia dicitur, vt
per Carauit.Rit.259.num.10.& Afflict.ſuper conſtit.
cap.humanitat. Niger.in cap.ſi cum ſceleratis, Franc.
deciſ.143. Et tandem ſimilem facultatem attributam
eſſe à ſummo Pontifice Leone X. Locumtenentibus
21 Vrbis Romæ inuenitur in Bullar. Pontific. Bul.7.† ſed
videtur forte cōſtitui poſſe differentia inter Brachium
Regium,& liberum arbitrium ſecundum Marſil. in e-
ius pract.§.conſtante,num.25.cum ſeq. Nam arbitriū
debet eſſe regulatum ſecundum ius commune, vt dixi
verſ.tertio modo dicitur,per l.1.C.de ſacr.ſanc. Eccleſ.
& Monticell.pract.crim.Reg.2.vbi 41.caſus proponit
quibus arbitrium a lege conceditur Iudici,& Bal.in l.ſi
quis filio,§.hic autem,ff.de iniuſt.teſta.& Affli.de feu.
4.tit.ex quib.cauſ. feud.amitt.a nu.14.vſque ad nu.25.

† & ar-

22 † & arbitrium hoc velle videtur, quod Iudex bona con
ſcientia procedat, & ſecúndum iura, & Gand. in tit. de
quæſt. & tor. ſub nu. 41. dicit, arbitrium liberum dare
nil aliud eſt, niſi vt bona conſcientia Iudex procedat,
23 & ſecundum quod eius conſcientia dictauerit, † ſed
conſcientia bona debet regulari à iuſto, & æquo, Mar-
ſil. d. §. diligenter, nu. 24. vide Put. de Syndic. in verſic.
iudicare, c. 2. per tot. & infra num. 28. & excell. D. Fari-
nac, tanquam criminaliſtarum Princ. hac noſtra tem-
peſtate, in tit. de iudic. & tor. q. 37. num. 193. & 194. vbi
pulchra docet documenta, item liberum arbitrium in-
telligi poteſt vſque ad ſententiam excluſiuè, & contra
quaſcunque perſonas, etiam priuilegiatas, contra quas
ſine hac liberi arbitrij conceſſione, aliàs procedere non
poſſet, tamen ſeruatis ſeruandis intelligitur ad diffe-
rentiam illorum Iudicum, qui non habent iuriſ-
dictionem in omnes, nec omnia poſſunt, licet iuri-
dica ſint, vt torquere torquendum, & condem-
nare condemnandum, hæc inquam quidam face-
re non poſſunt inconſulto ſuperiore, vt in Statu Me-
diolani abſque voto Senatus; & in Statu Sereniſſimi
Magni Ducis Etruriæ Domini mei, inconſulto offi-
cio D. Octo Virorum de Balia, & in alijs Ciuitatibus
Metropolitanis, quod ſecus eſt in Ciuitate Mantuæ, in
qua Capitaneus Iuſtitiæ eſt Iudex ordinarius, ſed ha-
bet liberum arbitrium procedendi vſque ad ſenten-
tiam diffinitiuam, ſine aliqua relatione. Hinc eſt
quod D. Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ, in hoc eſt ma-
ior D. Capitaneo Iuſtitiæ Mediolani, qui nil poteſt
prædictorum inconſulto Senatu, cui nunquam fuit
conceſſa tàm lata facultas, vt dicit Boſſ. in tit. de indic.
24 & conſid. ant. tor. ſub num. 142. in fin. † Igitur quantò
maior eſt authoritas, tantò pręſtantior dignitas. Berou.
in tract. de auth. Magn. conſ. num. 8. præterea ſub Iudi-
cis arbitrio conceditur, quod à lege, vel à conſuetudine
certa regula non datur, aut deciditur. Afflict. de feu. tit.
ex quib. cauſ. feud. amitt. ſub num. 8. quæſtio. 10. & 11.
vbi multa in propoſito dicit, & in tit. anteced. de mil.
Valuaſ. num. 29. vbi ſecundum ipſum arbitrium non
intelligitur conceſſum in ijs, quæ ſpecificata ſunt à le-
ge, ſed in ijs quæ cum conſilio reguntur, per l. 1. ff. ad
Turpil. vbi allegat Baldum, tametſi liberum arbitrium
regulatum eſſe debet, vt minùs lædat ius commune,
quàm fieri poſſit, iuxta l. fin. §. ſi in computatione, vbi
25 gloſ. C. de iure deliber. † etſi liberum arbitrium dat la-
tas habenas ſecúdum interpretationem Albert. Gand.
in ſuo tract. de malef. tit. de quæſt. & tor. ſub num. 41.
nihilominus Iudex non eſt ſolutus in totum, ſed ad-
huc eſt obnoxius iuſtitiæ, & corrigiæ habenæ ſtant in
manu Principis, & conſcientiæ recti Iudicis, vt de illo
qui ad brauium currens, relaxat habenas, vt dicitur ſu-
per collo equi ſolutis habenis, tamen equus frænum in
ore, & ipſe corrigias in manibus tenet, vt illum cohibe-
re valeat tempore quo libuerit; ad prædicta facit etiam
Marſil. in eius pract. §. conſtante, à num. 24. vſque ad
num. 31. & Alex. conſil. 65. num. 2. vol. 1. inquit, quod
conceſſio liberi arbitrij non derogat illis, quæ legibus
diſpoſita ſunt, niſi dictum ſit, Maran. de ord. iud. 4. par.
diſtinct. 1. num. 56. vi. Ant. Maſſ. tract. de interpret. Iu-
riſprud. lib. 2. num. 84. vbi ait quod Iudices noſtri in
terminandis rebus liberas habenas penitùs non ha-
bent, ſed eorũ arbitrium regulari conforme iuri com-
mu. ſtatuto, conſuetudini, & Patriæ moribus, vel ſecun
dum quod æquitati magis conſonum erit, niſi rigore
opus ſit, vt latè in 6. par. dicam. Nec quidquam poteſt
contra ęquitatem naturalem, per quęcunque verba ar-
bitrium liberum datum ſit, ſed duntaxat Regulis, quæ
ſunt de iure gentium, non eſt aſtrictus. Conſtan. Ro-
ger. in l. ſi ſic, de leg. idem in tract. de iur. interpret. verſ.
12. & vltimo. Item non operatur quod ius tertio aufer-
ri poſſit. Bart. in Extrauag. ad Reprim. in ver. videbi-
26 tur. vi. Aſin. d. pract. §. 3. cap. 22. † Veruntamen autho-
ritas huius Brachij Regij eſt adeò potens, vt excedat
regulas iuris communis, vt infra dicetur, & per eam
Iudex habet poteſtatem nedum ſuper à iure non ex-
preſſis, vel indeterminatis, ſed etiam ſuper expreſſis, &
determinatis, ſecundum terminos definitionis prædi-
ctæ, vt per Felyn. in cap. ex literis, de conſtitut. vide in
2. par. ſub num. 311. At ſemota differentia excitata,
27 quicquid ſit: † Brachium Regium, & arbitrium libe-
rum, amplum, & abſolutum, ſic vnum, & idem eſſe, &
ita in hoc tractatu appellari placet, & tantum valere
dicimus, quantum ipſa conſuetudo, ex quo Iudex per
illud habere dicitur vices Principis, qui eſt ſupra con-
ſuetudinem, arg. §. ſed quod Principi, Inſtit. de iur. nat.
28 gent. & ciuil. vbi gloſ. in verb. perſonales, † & conſue-
tudo vice Principis fungitur, cap. ſuper quibuſdam, §.
præterea, de verb. ſignific. & in §. nos igitur, cum §. ſeq.
vbi etiam Bald. in Auth. de defenſor. & multa in iure
traduntur, quæ de conſuetudine non ſeruantur, vtputa
in retinendo iniuſtè capto ob vnam cauſam pro alia,
Bart. & alij in l. ſed eximendi, §. 1. ff. ne quis eum, idem
in q. incip. Lapus fuit captus, & Boſſ. in tit. de cap. nu. 9.
29 † Et ſicut quis non deberet conſtitui Reus de iure, niſi
pręcedentibus indicijs, tamen conſuetudo contrarium
obſeruat, excepto Statu Mediolani, vt latè in tertia par
te explicabo. Pariter non eſſe deueniendum ad rigoro-
ſum examen, niſi prius datis defenſionibus, nihilomi-
nus etiam ex proceſſu informatiuo de facto proceditur
ſtante hac regia facultate, vt etiam de hac re in ſecunda
30 parte, & in 4. dicetur. † Et quicquid ſit de apicibus iu-
ris, & de iure, multoties aliter de facto ſeruatur, Fari-
nac. eod. tit. de Carcer. & car. q. 27. ſub num. 52. & 53.
vbi de hac re plura adducit, & cõſuetudo facit licitum,
quod aliàs eſſet illicitum; vt per Ro. in l. certi conditio,
§. ſi vnus, ff. ſi cert. pet. & tantum ferè ſit dicere, hoc non
ſeruatur de conſuetudine, vel hoc non ſeruatur à Iudi-
ce Brachium Regium habente. Videtur tamen dicen-
31 dum, quòd ſicuti † conſuetudo, quæ eſt deuia à iure
communi, ſeruanda eſt, ita per Iudicem noſtrum illa
ſeruari debet, ne nimium, vt ſupra relaxentur habenæ,
neve multiplicentur ſpecialia contra l. quæ dotis, de
dot. præleg. Nam licet pœna in certis caſibus ſit arbi-
traria, tamen arbitrium regulandum eſt iuxta bonam
conſuetudinem, vt in 4. parte dicam, vide in 4. par. nu-
32 mero 58. Eſt verum, † quòd arbitrium liberum, & ab-
ſolutum refertur ad poteſtatem limitatam tantùm à
conſcientia bona, & non ad omnimodam conuenien-
tiam cum iure communi, vel conſuetudinario, quo fit
vt etiam à conſuetudine ex cauſa recedi poſſit, l. con-
gruit, de offic. Præſid. & l. 2. C. quando lic. ſin. Iud. quia
33 fungitur ea poteſtate ſibi tributa, vt † Princeps, qui po-
teſt auferre conſuetudinem nedum præteritam, ſed
etiam futuram, Decia. conſil. 32. num. 50. vol. 2. intelli-
ge ex cauſa, & ideò etiam non obſtante ſtatuto Iudex
noſter inquirere poterit ex officio, quia Princeps eſt
ſupra ius poſitiuum, vt latè dicetur in 6. & 8. præmiſſ.
verſic. ſed primo. Princeps ita derogare poteſt eſt cauſa
d. §. ſed quòd Principi, Inſtitut. de iur. nat. & cum cau-
ſa honeſta, pulchrè Do. Ant. à Petr. d. tract. de pot. Prin-
cip. c. 3. q. 3. nu. 70. 71. 72. & 73. quinimò pro bono pu-
blico Princeps dicitur prouidere melius, quàm facit ſta
tutum; nam plura ſunt negotia, quàm vocabula, l. natu-
ra, ff. de præſcript. verb. & prouidere non eſt derogare,
Bart. Iaſ. & alij in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur. &
in l. cunctos populos, C. de leg. Caualcan. deciſ. 30. nu-
34 mero 10. par. 1. † & poteſt Iudex cogere offenſum ad
accuſandum, quamuis ius vetet, vt tot. tit. C. vt nemo
inuitus ager. vel accuſ. & Clar. q. 15. verſic. item quæro,
quod intelligendum puto quoad propalandum offen-
ſorem, pro intereſſe fiſci fiſco inſtante, ſed etiam poteſt
Iudex inquirere non monito offenſo ad accuſandum,
Arno. comm. 41. & poteſt formare inquiſitionem, etſi
nomen delinquentis ignoretur, ſecundum Boſſ. in tit.
de delic. num. 33. & in tit. de inquiſitione, num. 78. vbi
in practica ita ſeruari ait, dummodò conſtet de corpo-
re, cuius corporis certitudo poteſt, vel ex præſentia, vel
à parentibus, & cognatis, ac ex alijs circumſtantijs de-

ſumi,

ſumi, vt infra in vlt. præmiſſ. & per Farinac. eod. tit. de
35 inquiſit. vbi multas qq. facit, & in q. 9. declarat † præ-
cedere debere diffamationem ſaltem ad hoc, vt ex offi-
cio procedi poſſit, ita Clar. q. 5. verſic. ſcias. At Boſſ. in
d. tit. num. 72. tenet quòd quādo proceditur ex officio,
non requiritur vt fama præcedat, nec indicium, nec vt
detur copia indiciorum ante inquiſitionem. Sed hæ
ambiguitates, & alia ceſſant, quando proceditur manu
Regia, quoniam Iudex noſter ſtatim, atque ad eius au-
res notitia venit de aliquo delicto, poteſt committere
capturam contra nominatos, & quoſcūque ſuſpectos,
& alia facere, prout opportunum ſibi videbitur, nullo
ordine ſeruato, vt in ſeq. par. in princ. Eſt benè verum,
36 † quòd per quamcunque conceſſionem arbitrij gene-
ralis, liberi, & abſoluti nunquam intelligitur data po-
teſtas contra bonum publicum, imò propter bonum
publicum datur, & propterea non debet contrarium
effectum operari, l. legata inutiliter, de legat. 1. Card. in
Clement. 1. §. 1. de probatio. & de vi, ac poteſtate huius
arbitrij vide Burſat. allegat. conſil. 201. num. 132. vo-
lum. 2. Oſaſc. deciſ. 29. & Bertazol. conſil. 143. num. 6.
37 & conſil. 145. num. 3. vol. 1. † In ſumma hæc authori-
tas non eſt limitata, nec penitus libera, vt ſupra dixi,
non limitata à iure, vel à conſuetudine, nec à ſtatuto,
nec ab ordine Iudiciario, nec circa ſolemnitates, ſed
non libera in totum, quia eſt obnoxia voluntati Prin-
cipis, & conſcientiæ, ac prudentiæ recti Iudicis.

Verùm de origine Brachij Regij, de vi, & authori-
tate eius, quæ, qualis, quanta ſit, à quo, & contra quos,
vbi, & quando, & quomodo exercenda infra per diſcur
38 ſum demonſtrabitur. † Et primò præmitto manum
Regiam vires habuiſſe, quando populus olim guber-
nabatur ſine certa lege, & ſine Imperio viuebat, & nō-
dum inuentæ erant actiones, porrò omnia regebantur
manu Regia, d. l. 2. & ibi Gloſ. de orig. iur. Ant. à Petr.
d. tract. de Princ. cap. 25. num. 73. ſed abutentibus hac
libera, & ampla poteſtate, fuit inuentus ordo iudicia-
rius, vt inquit Aſin. d. §. 3. num. 3. cap. 3. Inde authoritas
Regia ſublata extitit Iudicibus, & illa ſola remāſit pe-
39 nès Reges, & Principes ſupremos, quò fit, † vt talis po-
teſtas concedi nequeat, niſi à Regibus, à quibus origi-
nem duxit, vel à Principibus, ſeu ab alijs Dominis ſu-
periorem non recognoſcentibus, vt placuit Bart. in l.
relegat. ff. de pœn. Alex. conſil. 1. vol. 5. & quales ſint iſti
Domini, plura dicit Boſſ. in tit. de Princ. & priuil. eius,
& in tit. quæ ſint regal. per tot. nouiſſimè per D. Iaſ. in
§. bonæfidei, num. 56. Inſtit. de act. gloſ. fin. & cap. fin.
in ver. figura, de Hæret. lib. 6. Idem dicimus de Vicere-
ge, & Gubernatoribus Generalibus Status Mediolani,
vel Montisferrati, de Magna Vicaria Neapolitana, &
de Senatu Mediolanenſi, Boſſ. d. tit. de Princ. num. 7.
DD. in l. à Iudice, C. de Iudic. Canon. in cap. Paſtoralis,
& in cap. venerabilis, de offic. deleg. & de ijs latiùs in-
40 frà dicetur. † Alij verò Domini, qui recognoſcunt ſu-
periorem non poſſunt Brachium Regium concedere,
Felyn. in cap. cum non liceat, de reſcript. idem in cap.
cum non nobis, de præſcript. Alex. conſil. 15. vol. 5. Ia-
cob. in eius inueſtit. in verb. Princeps, vbi diffusè, & hi
habent poteſtatem valdè limitatam, & non poſſunt vti
plenitudine poteſtatis aliquo modo, quia illam non
habent, DD. in l. Imperium, de Iuriſdict. omn. Iud. l. ne
mo plus iuris, de reg. iur. & limitata iuriſdictio limita-
tam tribuit poteſtatem, arg. l. in agris, ff. de acq. rer. do-
41 min. † At ſunt quidam Domini, qui non ſunt Princi-
pes, ſed inferiores Principe, & tamen habent plenitu-
dinem poteſtatis, quia ſuperiorem non recognoſcunt,
de quibus idem iudicandum eſt, quod de Principe ſu-
premo, & econtra ſunt Duces, & Principes, qui reco-
gnoſcunt ſuperiorem, vt in Regno Neapolitano, & Si-
ciliæ, & ij minùs poſſunt, quàm illi Domini, qui ſupe-
riorem non recognoſcunt. Poſt hæc ſcripta vidi typis
editas deciſiones Rotæ execut. Gen. D. Cartarij, inter
quas deciſ. 67. vbi tractat, an ad Sereniſſimum Sena-
tum, vel ad duo Collegia ſpectet Brachium Regium
concedere, vel ad Conſilium 400. optimatorum Prin-
cipem repræſentantium: & concludit ad Senatum, &
ita conſuetudine fuiſſe interpretatas in hac parte nouas
reformationes, alioquin ſæpè fruſtatorium hoc reme-
dium eſſet, ſi ad maius Conſilium ſpectaret.
42 † Secundò eſt aduertendum, ne Brachium Regium
concedatur lucri & auræ popularis auidis, quod etiam
aduertit Cicero 1. Offic. Si enim auaritia Iudicum
animabus adhæreat, quis non ſine periculo furabitur?
quis non latrocinabitur? quis non faciet homicidium?
adulteria? & ſimilia? ut recenſet Pap. in for. inquiſitio-
nis ſub nu. 4. ſed viris probitate & ſcientia præditis, &
ſuper omnia Deum timentibus, diuque in criminali-
bus officijs verſatis & practicis; alioquin malè dige-
runtur, quæ frigido ventriculo exhibentur, ſecundum
Hippocrat. Aphoriſ. not. in l. 1. in auth. de frig. & ma-
lef. Ideò CVI DES VIDETO, Marſ. ſing. 397.
& de hujuſmodi tyronibus dicitur: Væ vobis qui dici-
tis bonum malum, & malum bonum; Eſa. c. 5. Nauis
quippe commendanda eſt illi qui clauum forti ma-
nu tenet non tremebundo, qui peritiam gubernandi
habet, vtiturque diligentia, non autem cęteris in re-
munerationem alicuius ſeruitij, ſed magna tribunalia
ſunt conferenda Benemerentibus ob bonum publi-
cum ad illa aptis actu & potentia. Iero. Per bo. trac. de
Princip. nuncupato ocularium. Hoc potiſſimùm con-
43 gruit † Iudæis, quibus nulla iuriſdictionis competit
facultas contra Chriſtianos, c. nulla officia, 54. diſt. &
in l. fi. C. de Iud. niſi inter ipſos, Fab. à Monteleo. in ſua
pract. arbitraria, vbi pariter de hæretic. in verſ. vndeci-
mo, car. mihi 39. p. 1. & de Iudæis etiam loquitur Iaſ. in
Rubr. ff. de iuſt. & iur. vbi nu. 3. cum ſeq. dicit, quod
Iudæus non poteſt eſſe Poteſtas, vel Rector, nec Ta-
bellio, nec Doctor, etiam factus Chriſtianus, nec tutor,
nec curator Chriſtianorum, nu. 25. & ſeq. in fin. & ſub
nu. 27. ait, quod immunitas conceſſa per Principem
incolis intelligitur conceſſa Iudæis, ergo Iudæi non
debent eſſe immunes ab ijs omnibus, à quibus Chri-
44 ſtiani non ſunt immunes, vt de † re furata empta, quæ
ſine reſtitutione pretij reſtituenda eſt, ſed Iudæi vix re-
cepto pretio in aliqua Italia ciuitate rem furatam re-
ſtituunt, vnde occaſio datur filijsfamilias & famulis
furandi quod nullo modo permittendum eſt, tot. tit.
ne Chriſtia. mancip. Iud. haber. lic. nec Iudæi deberent
eſſe familiares aut domeſtici Chriſtianorum, niſi con-
uertendi eos gratia tantum, ergo non alia de cauſa, ſat
eſt eos tolerari inter Chriſtianos ad finem, vt conuer-
tantur, ſed & neceſſe eſt, vt ſecundum leges ciuiles &
politicas Chriſtianorum, & non ſecundum legem Iu-
daicam ius eis reddatur, alioquin qui negauerit Chri-
ſtum coram hominibus, Chriſtus negabit eum coram
Patre ſuo, qui in cœlis eſt. Matth. c. 10. c. & ſi iudæos, de
iudic. Abb. in c. quæ ſincera. 45. Diſtin. ipſi. n. nituntur
primordio veritatis. Io. Nic. arlet. de Herect. no. 25. nu.
3. vi. Mar. conſ. 58. nu. 15. circa eorum priuilegia. Nec
talis abſoluta iuriſdictio eſt danda carentibus mem-
bris, quia hæ perſonæ non poſſunt habere officia pu-
46 blica ſecundùm Bald. in proęm. Decret. † Cæterùm
hæc tam abſoluta poteſtas non eſt danda paſſim cun-
ctis, tanquam concernens maximam & periculoſam
materiam, vt admonet Fab. à Monteleo, in pract. arb.
de præeminentia magnæ Vicariæ num. 12. & ſeq. &
ſummoperè eſt conſideranda qualitas perſonæ, cui da-
47 tur, Marſ. in d. ſing. 397. † Nam Princeps eſt ſecurus
de legum dictamine, non autem de arbitrio & paſſio-
ne Iudicum, qui ob tam latum arbitrium ſæpè ea cura,
diligentia & virtute non vtuntur, vt expedit Io. Bott.
de ratione ſtatus, lib. 1. tit. de continendis Magiſtrati-
bus, vnde legitur apud Valer. Max. lib. 6. c. 5. in Grac-
chum & Claudium, qui ob nimis ſeuerè mœſtam cen-
ſuram maiorem ciuitatis partem exaſperant, & auari-
tia excœcat cupidos nimis, eoſque qui auaritiæ adhæ-
rent; tandem arbitrium liberum dandum eſſe illi cu-
ius fidelitas & integritas eſt cognita, à quo iniquitas,
dolus,

dolus,& ignorantia abeſſe debet, vt inquit Put.de Syndic.in verb.arbitrium, c.1. & 2.nu.8.& Fab. à Monteleo, pract,arb.ver. tertio per tot.fol.22. par. 1. ubi nu.5. dicit quod loca bene geruntur à viris literatis, & non ab Aſinis ferratis. Item requiritur quod ſit aptitudine intelligens, nequaquam negligens, nil prorſus arrogans, bonum morum, ut ait Caſſiodor. & neceſſarium eſſe Reip. perſonas dignitate aptas eligere, ut cui iuſtitia committitur, malis is moribus non grauetur, & potius ſenex quàm iuuenis, magis nobilis quàm plebeius, & Deum laudare debemus cum à parentibus uita & moribus nobilitatem ducimus, Prouerb.18. & Seneca in Epiſt.40. ait, quod ſapientia in corpore deformi minùs accepta eſt. Vnde claudi, monoculi, narib. deformes, gibboſi, & huiuſmodi nequaquam approbantur ab Afflicto ſuper 2. feud. tit. quis dicatur Dux, Rubr.36.ſub nu.9. qui ait, quòd Iudex noſter debet eſſe manſuetus & rigidus, ut erranti uindictam imponat, lites Sophiſtarum diſſoluat, oblatrantes remordeat, obloquentes reprimat, delinquentes caſtiget, & alia ut ibi, unde uerſus:

*Degenerant homines vitijs, fiuntque minores,*
*Exaltat virtus, nobilitando genus.*

Et no. quod uir temerarius hac authoritate eſt indignus ſicuti dicitur carere arbitrio boni uiri, ut ait Fely. in c.tua nos.poſt med.de iur.iuran.& Homo groſſi capitis nihil ualet, ſed ingenioſus ſic, Bar. in l liberti, C. de oper. liber. unde de ingenioſo legitur apud Cato. uerſ. Ingenio pollet, cui uim natura negauit. At nimium aſtuti gallinam pelant ſine ſtrepitu, à quibus liberet nos Deus. Et Amad.tract.de Syndic.ſub nu.141. cum plur. ſeq. multa bona documenta tradit circa materiam Brachij Regij ſeu liberi arbitrij, omninò uidendus, & de qualitatibus ſpectantibus ad Iudicem noſtrum infra dicetur, præſertim in 4.parte.

48 † Tertiò aduertendum ne concedatur Brachium Regium, niſi grauiſſima, atque urgentiſſima ſubſiſtente cauſa, no.gloſ.in c.non debet, de conſang. & affin.l.de ætate, §.quod autem, ff.de inter act. Dec. conſ. 134.& æquè rationabili, uidelicet in delictis enormibus, atrociſſimis & occultis, remedio ordinario deficiente, & de quibus delictis paſſim legitur in §. publico, ff.de adult.& in l.iubemus, ff.de prob.tot.tit.de uar. & extraor. crim.l.1. C.de male.l.palam. ff.de rit.nupt. l.fin.ff.de effract.l.non exiſtimo, ff.de adm.tut. Put.de Syndic.in uerb.tortura, c.5.nu.7.

Sed quæ cauſa dicatur criminalis, ciuilis, uel mixta
49 prius dicamus. Cauſa † an ſit merè criminalis uel ciuilis, aut mixta, ſciri debet ob multiplices effectus. Primò propter iuriſdictionem, quoniam in multis ciuitatibus, præſertim Metropolitanis, officia ſunt ſeparata & diſtincta. Alij enim ſunt Iudices cauſarum criminalium tantùm, alij ciuilium tantùm; Item alij ſunt cognitores cauſarum mixtarum; quandoque Iudex criminalis habet etiam iuriſdictionem cauſarum mixtarum, ut Mantuæ de Capitaneo Iuſtitiæ; quandoque Iudices cauſarum ciuilium habent etiam cognitionem cauſarum mixtarum, ut Florentiæ Iudices Rotæ: & de huiuſmodi omnium iuriſdictionibus latè Scrib. in l.Imperium, de iuriſdict.omn. Iud. & de hoc primo effectu quoad iuriſdictionem tradit Menoch. de arb. Iud. q 28. Item non poteſt iuriſdictio in criminalibus prorogari, l.1.de Iud. Marſ.pract.§.expedita, nu.67. ſecus in ciuilibus.

Secundò propter appellationem, cum in cauſis criminalibus ſæpè à ſtatutis non detur appellatio, Boſſ.in tit.de appellat.num.8.niſi tractetur de præiudicio irreparabili, Marſ.d.pract.§.expedita, nu.69.& 70.item ab inordinato modo procedendi. Fallit in cauſis mixtis, Alciat.conſ.12.nu.6.uol.7.Rim.cóſ.529. uol.3.Boſſ.de appel. nu.8. item ab exceſſu, iam dixi &c. ab exceſſiua taxatione expenſarum, etiam ab exigua. Franc. in c. ſepe.q.10.de appel.Rol. conſ.43.nu.6.lib.1.Bero.conſ. 31.nu.8.lib.2.Rebuff.de ſen.exc.ar.1.gloſ.12. poſt Bar. & Salic.in l.ab executione, de appellat. Item ſi non poteſt appellari, poteſt ſupplicari, querelari, & de nullitate dici. l.1. de Offic. pretor. dummodo infra decem dies fiat. Auth.hodie de temp.ad appel. Put.de Syndic. in uer.appellatio.c.2.ui.in 4.& 5.par.

Tertiò, propter iuramentum ſuppletorium, aut litis deciſiuum, Alex. conſ.66. uol.1. nam in cauſis criminalibus non habent locum hæc duo potiſſimum iuramenta, quamuis Marſilius dicat, quòd nec etiam ſit locus iuramento calumniæ, in pract.§ expedita, nu.64. 65.& 66. ubi reum non teneri reſpondere cum iuramento, tamen conſuetudo eſt in contrarium.

Quartò, propter modum procedendi à ſtatutis & conſuetudine introductum, quamuis de iure dici ſoleat, quòd in cauſis criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium; per text. l. abſentem. ff. de pœn. Ludo. Ro. ſing.713. incip. quæro nunquid, Marſ. d. §. expedita, nu.63.

Quintò, propter probationes, quoniam in criminalibus exiguntur teſtes omni exceptione maiores; Marant.de ord.Iud.4.p.diſt.1. nu.33.

Sextò, quia in criminalibus non attenditur concluſio libelli, ſecus in ciuilibus, vt infra in 4. par. ſub num.37.

Septimò in criminalibus non admittitur regulariter procurator, ſecus in ciuilibus, c.tuæ, in princ.& c. veniens, extra de accuſat.& Marant. d.4.par. diſtinct. 1.nu.35. Aſin.pract.§.1.c.6.nu.2. quinimmò ſi procurator ſpecialis in cauſa criminali exceſſum committeret, dominus non tenetur, niſi ſaltem tacitè ratum haberet, Lancellot. de attenta.1. p.c.1. nu.43. & ſeq.vbi allegat Boſſ. ſed aliud eſt conſtituere procuratorem ad agendum in iudicio, aliud dare mandatum ad delinquendum. Scias tamen quod vbi tractetur de pena pecuniaria circunſcriptis ſtatutis, procurator admittitur. Similiter quando quis occidit Bannitum impune pro obtinendo premio. D.Caball. Caſ. Cri.23. nu.3.vi.infra in 4.p.ſub nu.225.ver.& poſtquam.

Octauò, quia in criminalibus non ſufficit habere mandatum generale, quoniam requiritur in indiuiduo & in ſpecie; l.non ſolum, §.fin.& l. Pomponius, in princ.ff.de procurat. Vant.de nullit.ex defec.inhab.aut manda.nu.92.

Nonò, ex quo accuſator de iure in cauſa criminali tenebatur ad pœnam talionis, c.tuæ, in princ. & c. inquiſitionis, & c.ſuper ijs, extra de accuſat.ſecus in cauſa ciuili, Aſin. d.§.1. c.6. nu.3. tamen de conſuetudine non ſeruatur.ſed in teſte falſo doloſè, & in falſo accuſatore talionis pena non videtur ſublata. Bart.in l.1. §.1. ff. ad leg. Cor.de Sic. Mille. prac.§.fin. num.25. & 93. Menoch. de arb.Caſ.322.Couarr.uar.reſolut.c.9.nu.1.

Decimò, in cauſis criminalibus non dantur deliberatoriæ, auth. offeratur, C. de lit. conteſta. & ſic non dantur induciæ, ſecus in ciuilibus, not. gloſſ.in c.1. incip.de inducijs, 3. q.2.de qua Ludo.Ro.ſing.718.

Vndecimò, ſtatuta criminalia non comprehendunt in ſui generalitate minores, niſi in ijs quæ ſunt de iure com.Ro.ſing.vlt.

Duodecimò, in cauſa criminali non incurritur vitium litigioſi; Marant.d.4. par.c.1.diſtinct. nu.34. latè Lancellot. de attenta. in 2. par.c.4. de attenta. lit. penden.nu.497.

50 Cauſa merè criminalis † quælibet dicitur, ſiue à publicis, ſiue à priuatis deſcendat, tot.tit.ff. de public. Iud. & tot.tit. ff.de priuat. delic. & in C. vbi de crimin. agi opor.& Inſtit.de obligat.quæ ex delic.naſc.cum tit.ſeq. & hoc ſemper verum, ſiue agatur tantummodo ad publicam vindictam, ſecundùm Cano.omnes in rubr.de Iudic. ſiue agatur ad vtrumque, ſcilicet ad publicam & priuatam vindictam, vt in puniendo maleſactores in pœnam, & in condemnando ad emendam damni; & ſiue pœna ſit corporalis, ſiue pecuniaria, l.1. & fin. vbi Bart. ff. de priuat. delic. Clar. §. fin. q. 1. per tot. Aſin.plurium opiniones recenſet in pract. §.1. c.5. per tot.

tót. & Marant. de hac re in pract. par. 4. diſtinct. 1. & Iaſ. Aret. & alij ſparſim varijs in locis, Maſcard. de probat. concl. 463. & non ſufficiat quod pęna ſit applicata fiſco, ſed quod deſcendat a Delicto, & quod cauſa ſit in iudicio criminali criminaliter intentata, Viui. Deciſ. 350. nu. 4. par. 1. vbi per plura iura.

Sed ad tollendas difficultates de conſuetudine procedi poteſt ex officio ſuper quolibet crimine etiam leuiſſimo, quo caſu reſpectu inquiſitionis dicitur cauſa ſeu iudicium criminale, quamuis pars pœnæ ſit applicanda accuſatori, Clar. §. fi. q. 2. verſ. ſed certè, vbi allegat Gand. de malef. in tit. quom. cogn. malef. Alex. conſ. 132. nu. 5. vol. 1. Bart. in l. 1. §. quæritur. ff. de ſtat. hom. Hinc dicimus quod cauſa damni dati eſt criminalis, Caual. deciſ. 11. nu. 37. p. 1. 2. nu. 41. deciſ. 17. nu. 2. p. 5. ſimiliter cauſa turbatæ poſſeſſionis, Ioſeph. Ludo. concl. 7. Similiter ſi quis alienauit in forenſem videtur tenere Bertazzol. conſ. 399. nu. 6.

51 Quærunt Doctores ſupradicti, ſi † pœnæ pars applicetur accuſatori, an dicatur merè criminalis cauſa; & dicunt quòd ſi is accuſator non ſit pars, ſed tantummodo delator, tunc cauſa dicitur criminalis; pulchrè Alex. conſil. 172. nu. 5. Ratio eſt quia is nomine fiſci accuſare dicitur, Bart. in l. fiſcus, in fin. n. 3. ff. de iur. fiſc. Hinc eſt quod ad fiſcum pertinet tota condemnatio, l. quod commune, de reg. iur. qui tenetur poſtea dare partem accuſatori aut parti; idem Bar. in l. 1. nu. 4. C. de ven. rer. fiſc. vbi ſpeciale hoc eſſe in fiſco ait. Sanè ſi pars pœnæ ſoluta iam fuerit accuſatori vel priuato, fiſcus nequaquam repetit, l. res, §. 1. ff. de iur. fiſc. & Bart. in d. l. 1. ſub nu. 4. C. de ven. rer. fiſc. quod extende etiam ad Iudicem, & ad alios de Curia, quia inter ipſos quandoque nimis pollet lucri auiditas, & alter alterum decipit, præueniendo in exactione, licèt modus iſte minimè laudandus ſit. Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia minuuntur, vide Peregr. de iur. fiſc. in verſ. Iudicium criminale dicam in fi. 4. par. & ad prædicta vi. D. Caball. Caſ. Cri. 110. nu. 17. qui tenet quod ſit caſus mixtus. Et noua ex mente Doctorum afferri poteſt diſtinctio inter criminale & ciuile iudicium; nam ſi pœna pecuniaria habet ortum à non delicto in ſe (vt puta quòd aliquid non prohibitum fuerit prohibitum) vt mingere propè murum, non tranſire per quandam viam, non exire de domo, vel ne quis paſcat vel ducat oues per quoddam territorium, vt ſupra in materia extenſionis dictum eſt, hoc in caſu magis diceretur cauſa ciuilis criminaliter intentata, arg. eorum quæ dicit Accurſ. in l. 3. §. eſt autem. ff. ad exhib. aliud eſt enim damnum dare aliud eſt ſimpliciter per locum prohibitum tranſire, cogita. quoniam non eſt bona conſequentia, proceditur per inquiſitionem, ergo cauſa eſt, ſed criminalis: id verum eſt, quando proceditur ex officio; Clar. §. fin. q. 3. at quando proceditur inſtante parte, ſuper huiuſmodi, quæ non ſapiunt naturam delicti, vt mox dixi, & ſtatim dicam verſ. ſeq. nu. 52. & 53. ego in dubio contrarium tenerem, præſertim pro manutentione iuriſdictionis meæ, ſi eſſem Iudex cauſarum ciuilium vel mixtarum, per trad. à Iaſ. in l. Titię textores, ſub nu. 28. & 29. de leg. 1. maximè quando iam iuriſdictionem pręoccupaſſem, Iaſ. in l. ſi pluribus, de leg. 1. per regulam vulgarem, de qua in l. patre furioſo, ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi facta tenēt, & Iaſ. nu. 12. ait, quod à ſententia in poſſeſſorio lata nō appellatur de iure ciuili, tamen ſi Iudex admittat, poterit appellans obtinere. ſimile habetur de procuratore nu. 30. & faciunt quę dixi in pract. de teſt. p. 3. nu. 32. vbi de pace admiſſa per teſtes, quę virtute ſtatuti erat admittenda per ſcripturam tantùm. Verũ an & quãdo Iudex ciuilis de cauſa criminali, vel criminalis Iudex de cauſa ciuili cognoſcere poſſit, vide omninò (vltra Farinac. & alios) Excellentiſſ. D. Petrum Caball. in ſuis Caſ. Crimin. Caſ. 82.

52 Cauſa ciuilis eſt illa, quę † deſcendit à contractu vel quaſi, & ciuiliter agitur, Inſtit. de oblig. quę ex contract. vel quaſi naſcit. per tot. Marant. d. 4. par. 1. diſt. nu. 2. & 25. etiamſi cauſa originem duxiſſet à delicto, dummodo agatur non ad publicam uindictam, ſed ad commodum priuatum, Marant. ubi ſupra, ubi attenditur quod principaliter fit l. fin. C. de author. tuto. cum concord. idem quando ageretur, ut quis priuaretur officio, Marant. d. diſtinct. 1. nu. 24. & 25. Clar. d. q. 1. uerſ. quartus caſus, cum uerſ. ſeq. quæ uera propter Doctorum authoritates, ſed prima uerior ſecunda in actu practico, quoniam ſi quis officio priuaretur, non eſt dubium, quòd id fieret uno modo ad publicam uindictam, ut in priuatione officij publici, alio modo in priuatione priuati officij, ut in amotione tutorum & curatorum; tot. tit. de ſuſpect. tut. & curat. quod ad commodum priuatum fieret, & ſi detegeretur aliqua fraus, etiam criminaliter puniri poſſet, & de priuato oriretur iudicium publicum.

Præterea ampliant in repellendo teſtem à teſtimonio ob aliquod crimen, uel aliam exceptionem, non autem ad puniendum; de quo Marant. d. diſtinct. 1. num. 29. Sed ſi ageretur coram Iudice criminali ad repellendum tantummodò teſtem à teſtimonio ob aliquod crimen, de quo nondum fuiſſet cognitum, caueat teſtis, quia Iudex illum punire poſſet, ſi culpabilis reperiretur. Hinc eſt quod ſi cauſa criminalis incidenter emergat in Iudicio ciuili, iudicium ciuile ſuſpenditur, donec cognitum fuerit ſuper incidenti criminali. Lancellot. trac. de Prætor. Rubr. in cauſis ciuilibus. §. 11. De incidenti. nu. 6. & per eundem. §. 3. De offic. prætor. in Cauſ. crim. quibus in locis ſumi poſſunt aliquę declarationes pro diſtinguendo inter utrũque officium ciuile & criminale. Lancellot. de attenta. 2. p. cap. 4. limit. 23. Boſſ. tit. de plur. uiolent. nu. 113. Nat. conſ. 402. nu. 2. Marant. Diſput. 7. & Not. quod ſententia ciuilis faciat ſilere criminalem, & econtra quando una præiudicat alteræ. Put. Deciſ. 99. & tunc dicitur præiudicare quando utraque eſſet incompatibilis & dici poſſet ſententia contra ſententiam. ui. nu. 287. p. 4.

53 Cauſa uerò mixta dicitur, quando † pœna applicatur pro parte fiſco, & altera pars priuato, Marant. d. diſtinct. 1. nu. 73. & 74. Clar. d. q. 1. uerſ. tertius eſt caſus, Aſin. d. §. 1. c. 6. per totum, ſumitur ex gloſ. in l. Prætor, ff. de ſepulcr. uiol. ubi DD. Et quia DD. allegant duo conſilia Alex. primum conſ. 66. & ſecundum conſ. 132. ſub nu. 5. uol. 1. quæ uidentur contrariari; eſt aduertendum, quòd in conſ. 66. dicit, quod pœna applicatur fiſco, & parti; ultra quod agitur etiam pro intereſſe partis: tunc uocat hoc iudicium mixtum, ſed in conſ. 132. dicit, quod pœna uenit applicanda fiſco & accuſatori; ideoq́ue dicatur cauſa criminalis, et Marant. d. diſtinct. 1. nu. 75. ait, quòd ex quo pœna tota debetur fiſco, deinde fiſcus dat portionem accuſatori, iux. Bart. in l. fiſcus, in fin. ff. de iur. fiſc. uideatur magis criminalis, quàm ciuilis. Sed re uera conſideranda ſunt duo in hac materia, uidelicet modus procedendi & qualitas facti: nam ſi factum de ſe non ſit delictum, & tamen à ſtatuto ſit prohibitum. ut uendere forenſibus, & animalia domeſtica non tenere, & huiuſmodi, & criminaliter procedatur, dicitur caſus mixtus; item ſi ſit crimen, ſed ciuiliter agatur, dicitur mixtus: uerum ſi magis de uno quàm de alio participet, tunc ſumus in caſu l. quæritur, ff. de ſtatu hom. de quo Aſin. d. §. 1. c. 4. nu. 10. ubi attenditur quod magis præualet.

Et omiſſis varijs Doctorum diſtinctionibus circa delicta nominata, & innominata, quædam ordinaria, & quædam extraordinaria, de quibus latè Farinac. de
54 delict. & pœn. q. 18. † ponam hic delicta in quibus debet cõcedi hoc amplum, & abſolutum arbitrium procedendi, quæ recenſet ex ore Senatus Mediolanenſis Clarus ille clariſſimus, cuius memoria eſt (vt opinor) in benedictione lib. 5. Sent. §. 1. verſic. ſunt etiam, vbi ait ſic Senatum illum excelſum reſpondiſſe Regi interroganti, quæ nam ſunt delicta atrociſſima? & ea eſſe, videlicet Rebellionis læſæ Maieſtatis, homicidij ex propoſito, falſificationis monetæ, & earum tonſtionis,

nis, tertij homicidij, proditorij vulneris, raptus virgi-
num, incæſtus cum ſacris Monialibus, ſodomiæ, latro-
55 num famoſorum, ac in publicis vijs graſſatorum, † fal-
ſificantis ſigillum Principis, aut Senatus, & in nouis
ordinibus Caroli V. Sogoruię datis die 9. Auguſti 1565.
Rex Hiſpaniarum Philippus II. hæc delicta ſibi reſer-
uata, & in generali abolitione non comprehenſa de-
clarauit, videlicet homicidium ab eo commiſſum, qui
alia duo homicidia patrauit, etiamſi pro eis damnatus
nondum ſit, vulnus proditoriè ſclopo rotato illatum,
etiamſi mors non ſuccedat, diminutionem moneta-
rum, vbi amplius quàm ſemel fiat, raptum mulieris ho
neſtæ, etiamſi copula non ſequatur, vſum venereum
cum ſanctimoniali in habitu intra Monaſterium de-
gente, ſodomiam, ſpoliatores viarum, ſeu derobato-
res ſtratarum, adulterantes ſigillum Principis, vel Se-
natus, propinationem veneni, cædem officialis Du-
calis, qui ſeditionem mouent populumque, aut ple-
bem aduerſus Principis, aut Senatus decreta, & proui-
ſiones concitant, qui teſtimonium falſum in cauſa in
qua ingeritur pœna mortis naturalis ad alicuius offen-
ſam dicunt, aut ab alio dici curant, aut mandant, qui
executiones Reorum, vbi de mortis, vel mutilationis
membrorum pœna agitur, impediunt, vel impediri
curant, aut mandant. Sed vtique his addendæ erunt in-
cantationes, & maleficia Lamiarum, de quibus latè
Franc. Ponzinibius Placentinus, & contra quas ſunt
tex. in l. 1. & 2. & per tot. illum tit. C. de Summa Trinit.
& Fide Cathol. item falſæ religionis perſuaſio, de qua
Paul. Ghirlandus in ſuo tract. de Hæret. & Arleta. Vil-
ladeg. & Carer. eodem tract. hæreſis. Decia. tract. crim.
cap. 28. num. 3. tom. 2. & de depopulatoribus agrorum
loquitur Baldus in l. 1. ff. de offic. Præfect. vigil. non mi
nùs de incendiarijs doloſis, vt per Aret. in eius pract. §.
incendiarios, & de ſacrilegis Clarus in §. ſacrilegium,
& Vant. tract. nullit. ex defect. Iuriſdict. n. Sic de illis
priuatam iuſtitiam criminaliter exercentibus, & de
Iudicibus iuſtitiam per dolum, aut barattariam venden
tibus, Decia. d. tract. crim. tom. 1. lib. 4. tit. de abolit. vbi
alias quamplures delictorum grauiſſimorũ ſpecies enu
merat, ſub nu. 18. cum ſeq. & allegat totum titulum de
Indulg. Princ. & ad ſupradicta vide Boſſium, qui ferè
omnium delictum (præſertim grauiſſimorum) titulos
fecit, & iura, & Doctores per eum adductos, & Boni-
facium in tract. crimin. Rubr. de extraordin. crim.

Multi, vt exactius (hæc materia tractetur) dixerunt,
Delicta demonſtrari per decem prædicamenta, inter
quos Marc. Ant. Blanc. in ſua praxi crim. in verſic. vi-
ſis indicijs, num. 58. vbi recenſet Bal. in l. ea quæ, C. de
condict. indeb. dicentem, quod ſubſtantia in maleficijs
dicitur eſſe principale, per quod diffinitur maleficium,
exemplum de homicidio, quod dicitur exanimatio
corporis humani: aut dicas ſeparatio animæ à corpore,
ſcelere facta: ſimiliter de furto, quod ſit contrectatio
rei alienæ inuito Domino, Inſtit. de ob. quæ ex delic.
naſc. §. 2. Sed alio modo Blanc. ibi ſub num. 62. in deli-
ctis ſubſtantiam aſſumit eſſe eſſentiam delicti conſu-
mati, ex Bal. in l. non ideò minus, num. 2. C. de ac-
cuſat. quas duas inueſtigationes, idem Marc. Ant. im-
pugnare videtur ſub numero 63. & dicit quod malefi-
cium eſt ipſa contrauentio legis, etiam quod pœnam
non mereatur. per l. 1. ff. de leg. at Bal. in l. ſi ex pretio,
ff. ſi cert. pet. ait quod ſubſtantia pluribus modis acci-
pitur, quandoque pro cauſa, quandoque pro conſenſu,
pro forma, pro ſubſtantiali qualitate, vel materia, &
quandoque pro eo ſine quo actus valere non poteſt, per
iura ibi paſſim adducta, qui in d. l. non ideo minus.
nu. 2. C. de accuſat. declarat illa tria, quæ in delictis re-
periuntur, videlicet Delictum eſſe factum, nomen
Delicti, & eius qualitas. At cum omnis diffinitio in iu
re habeat contradictorem; dico quod maleficium eſt
omne malefactum repugnans legi naturæ humanæ,
& Diuinæ, ſuper quo ſunt pœnæ expreſsè, vel tacitè ar-
bitrariæ. Et quod Delictum, Maleficium, & Crimen,
ſunt ſinonyma, quamuis aliqua conſtituatur differen-
tia; cum maleficium (vt dixi) ſit generalius, quia omnia
male facta complectitur, in quo inſunt & delictum, &
crimen, quæ duo præſupponunt culpam, vel dolum,
& in eo aliquando fit malum ſine dolo vel culpa.
Nam aliqua maleficia fiunt, quæ non ſonant in Deli-
ctum, & conuenire poſſunt cum cauſa ciuili, vt in tu-
tore, & negotiorum geſtore malè per negligentiam,
vel imprudentiam rem alienam adminiſtrantibus, in
locatori, & conductore operarum, & huiuſmodi, de
quibus ſunt multa iura, vt l. ſi cui locauero, l. qui ope-
ras ſuas, ff. locat. & tot. tit. ff. ſi menſor. falſ. mod. dixer.
& l. 2. ff. de tut. & rat. diſtrahere cum ſimil. Item altius
tollere, vel per locum prohibitum, vel hora prohibita
ire, de quibus in 4. par. in materia extenſionis exempla
dabo. Præterea Delictum nomen videtur genus eſſe
ſubalternum, comprehendit enim omnia crimina, &
ſunt illa delicta, quæ proprium nomen habent, vt cri-
men ſtellionatus, expilatæ hæreditatis, peculatus, &
huiuſmodi & vbi caret proprio nomine, tunc factus
eſt tit. De var. & extraor. cri. cog. facit Iacob. Nouell. in
ſua pract. crim. in verb. quam plurimos. nu. 1. 2. & 3.
& ſeq. vbi explicat ſpecies omnium ferè criminum, li-
cet Blanc. loc. cit. nu. 61. dicat quod Delictum ſit genus
generaliſſimum, & Crimen genus ſubalternum, ſic &
Arch. in cap. 1. de cler. coniug. lib. 6. ſed hoc paruæ vti-
litatis eſt. Criminoſi ideò ſunt qui dolo, vel magna cul
pa damnum alteri, vel ſibi inferunt in rem vel in per-
ſonam turpiter agendo, & id abſque actione, vel cum
actione, tamen in contemptum humanę, & Diuinæ
Iuſtitiæ (quæ duo ſolent in inquiſitionibus deduci) ſed
non quicquid fit contra ius dicitur delictum, ſed iniu-
ria, §. 1. Inſtitut. de iniur. & dicitur iniuria id omne
quod de iure non fit in alterum. dixi in pract. de teſt.
par. 5. num. 94. Hæc autem Delictorum ſubſtantia aſ-
ſumit qualitates tanquam accidentia, quæ faciunt eſſe
vnum delictum maius altero ſimili vt leue, vel graue,
Atrox, vel enorme, vt quando delicta ſunt præmedi-
tata, & facta ſcelere, & data opera, vel reiterata, vel cum
maxima (vt ita loquar) ſuperchiaria, & inhumanitate,
tunc dicuntur eſſe in prædicamento quantitatis, vt in
4. par. dicam, per tex. in l. quoniam multa facinora, C.
de vi. pub. Quando fiunt in locis inſignibus, vt in Ec-
cleſia vel in Palatio Principum, vel Prætoris, ſunt in
prædicamento, Vbi. Quando fiunt tẽpore paſchatis &
huiuſmodi, ſunt in prædicamento Quando: & ſi Deli-
ctum oriatur inter Patrem, & Filium, virum, & vxo-
rem, & ſimiles, dicitur eſſe in prædicamento Prælatio-
nis: ſi delinquitur in facie, vel pulſu, & in vi valdè no-
tabili, dicitur in prædicamẽto Situs: ſi delictum fiat ar
mata manu, vel data opera, dicitur in prædicamento
Habitus, hoc eſt habuiſſe animum delinquendi: ſed
quando delinquitur in offendendo, & non defenden-
do, vel de conſuetudine, dicitur in prædicamento A-
ctio: tandem quando delinquitur in Pati, puta in deli-
ctis carnalibns & patientibus, in mandantibus, in
ſcientibus, & non reuelantibus, in non prohibentibus,
cum poſſint, & de ijs omnibus per Blanc. loc. cit. hæc
non ſunt tacta à multis fimbrias dilatantibus, quia nõ
nouerunt Porphyrium. & de ijs vtiliter loqui pollice-
mur in 6. par. in qua de Rigore, & æquitate, curioſe
quoque dicemus, aliqua amabilia, & perſpicacis inge-
nij lectoribus, nequaquam inuidis, ſed honoris pro-
prij, & proximè ſui amatoribus.
56 † Eſt enim vtile ſcire quænam ſunt delicta atrociſ-
ſima, tam reſpectu modi procedendi, quoniam magis
viriliter in magis grauibus eſt procedendum, vt ſolet
ſæpè Senatus Mediolanenſis reſcribere iudicibus,
quàm etiam reſpectu modi iudicandi, & gratias fa-
57 ciendi. † Nam vbi maius delictum, ibi maior rigor
ſeruatur, imò rigor pro æquitate habetur, Bonifac. vbi
ſupra, num. 16. cum ſeq. & maior pœna irrogatur, l.
quid ergo, §. pœna grauior, ff. de ijs, qui not. infam.
Farinac. q. 23. de pœn. & Luc. de Pen. C. de exact. &
executo.

executo.lib.12.l.3.in fin.vt eſt etiam quando commit-
titur procedi ſine ſolemnitatibus, vt cauſa citiùs expe-
diatur, ad trad. per Dec. in l. in omnibus maximè,
num.6. de reg.iur. & infrà latiùs demonſtrabo, reſpe-
ctu modò gratiarum,& abolitionis criminum,quæ ge-
neraliter fieri ſolent à Principibus: talia delicta non
comprehenduntur in delicto gratioſo ob publicam læ-
58 titiam,Decia.in dict. tract. tit. de abolit. per tot. † vbi
multæ enumerantur cauſæ, ex quibus excipiuntur ma-
lefactores à beneficio gratiarum,& abolitionum,lib.3.
tom.1.Baiard.ad Clar.quęſt.59.ſub num.97.cum plur.
ſequent.Cauſæ videntur eſſe infraſcriptæ,quæ ſunt cau-
ſæ abolitionis criminum; Prima, quando Reges, aut
Principes noui Regni, vel ditionis poſſeſſionem in-
grediuntur, Guidon. Pap. Deciſio. 36. 108. 153. 624.
in quo aduentu tenentur ſubditi obuiam ire Domino
proceſſionaliter,& donare ei ſubſidium charitatiuum,
& per eundem Deciſio. 125. Secunda in primis nup-
tijs. Tertia in natiuitate Primogeniti. Quarta in ad-
uentu Summi Pontificis, Imperatoris, vel Regis in
aliqua eius Ciuitate. Sexta, quando per alienas Ci-
uitates itinerando pertranſeunt. Septima, pro gau-
dio pacis generaliter initæ inter Reges, vt ſequuta eſt
pluries inter Catholicum Hiſpaniarum, & Chriſtia-
niſſimum Gallorum Reges. Octaua, quando fauen-
te Deo exercitus Chriſtianorum victor eſt contra In-
fideles inſigni victoria,vt fuit Anno 1571. die 7. Octo-
bris in ſinu Lepanti. facit text. cum Gloſ. in l. vnica,
C.public.lætitiæ,& ſupra lib.12.vbi Luc.de Penna,la-
59 tè de pace, & † de ijs omnibus Anno memorando
1598. Italia, Gallia, Hiſpania, & Pannonia exempla
viderunt ob aduentum Ferrariam Summi Pontificis
Clementis Octaui, Florentini, quo tempore Ferraria
redijt ad Eccleſiam abſque obſtaculo propter Chri-
ſtianam Religionem,& deuotionem Sereniſſimi Du-
cis Cæſaris Eſtenſis, qui vti Princeps Chriſtianus ex-
horruit illud diabolicum dictum Cæſaris Imperator.
60 † ſi violandum eſt ius, regnandi cauſa violandum eſt,
quod ab Euripide prius dictum fuit: ſed de hoc aliàs
dicetur; & per hanc heroicam, & Catholicam actio-
nem Deus Omnipotens propitius erit præfato Sere-
niſſ. Principi, & eius Principatui; & in dicta Ferrariæ
Ciuitate Summus Pontifex Regalia matrimonia ce-
lebrauit die 15. Nouembris inter nouum Hiſpania-
rum Regem filium, & ſucceſſorem potentiſſimi Phi-
lippi, & Reginam Margaritam Auſtriacam ſponſam;
necnon inter Sereniſſimas perſonas Archiducem Al-
bertum olim Cardinalem, & Sereniſſimam Iſabel-
lam Infantem primam Philippi Hiſpaniarum Regis
Secundi, Caroli Quinti filij, pro cuius tantæ Reginæ
in Ciuitate Mantuæ aduentu Sereniſſimus Dux eius
Sobrinus,& Reginæ Galliæ ſororius, Dominus meus,
ſplendidiſſimè pluſquàm centum millia aureorum hi-
lariter expendit, & in ſignum eximiæ lætitiæ vltra
Theatra, Arcus, Pyramides, Comædias, torneamenta,
choreas, & alia regalia, mandauit mihi ſua Celſitudo,
vt incarceratos in magno numero ob Reginæ introi-
tum exſoluerem & liberarem, ut ſtatim ſequutum eſt,
vidente Regina,& exultantibus incarceratis, & ad ſy-
dera gratias agentibus.

61 Modò ad rem, † Brachium Regium non eſt con-
cedendum in delictis leuibus: & ſi conceſſum reperia-
tur, nihilominus intelligitur arbitrio regulato, &
non libero & abſoluto, & non poteſt extendi ad ex-
traordinarium procedendi modum, Bart. in l. ſi qua
pœna, in fin.in ver.vltimo ego firmo, ff. de verb. ſign.
gloſ.in cap.non debet, de conſang. & affin. l.de ætate,
vbi Bart. §. quod autem, ff.de interrog. act. Dec.alleg.
conſ.334. Hinc eſt quod ſi cauſa eſſet leuis, non debe-
ret concedi Brachium Regium, dixi ſupra ſub nume-
ro 48.in cauſis capitalibus, de quibus in l. capitalium,
ff. de pœn. & in l. capitalium, ff. de interd. & relegat.
ſed ſi iam conceſſum fuiſſet generaliter ad omnes cau-
62 ſas, vt fit Mantuæ D. Capitaneo Iuſtitiæ, † tunc in
cauſa graui grauiter & acriter procedendum eſt, &
in cauſa leui leuiter, & iuxta terminos ordinarios, vt
vnaquæque res ſecundum ſubiectam materiam re-
guletur, arg. l. ſi vno anno, ff. locat. Luc. de Pen.
C. de reſcr. lib. 12. in l. 1. numero 41. vbi pulchrè lo-
quitur.

Et quoniam ſupra de delictis grauibus dictum eſt,
63 † pro declaratione aduertatur; nam etſi multa de-
licta connumerantur inter delicta atrociſſima, vt
eſt homicidium, cap. fin. de homicid. & tot. tit. ad
leg. Cor. de ſic. nihilominus non omnia dicuntur
eſſe inter crimina ſeu delicta exceptuata, niſi homi-
cidium ſapiat naturam Aſſaſſinij, de quo per Cla-
rum in §. Aſſaſſinium, & poteſt eſſe homicidium
caſu fortuito, vel in pura rixa. Similiter adulte-
rium eſt crimen atrociſſimum, ſed non eſt de ex-
ceptuatis, vt per DD. in l. ſi quis non dicam, C. de
epiſcop. & cler. gloſ. in l. auxilium, ff. de minor. ni-
ſi cum Domina ſua committatur, Clar.in §. adulteriũ,
& Afflict.de feud.tit.quib.mod.feud.amitt.§.item ſi fi
delis,& in tit.quæ ſit prim.cauſ.benef.amitt.§.ſed quia
& niſi concurreret ſimul homicidium, vel aliqua alia
qualitas magis grauatoria. Pariter furtum dicitur atrox
delictum, ex quo pœna furcarum punitur,iux.tex.l.ca-
pitalium, ff.de pœn. & tamen non eſt inter delicta ex-
ceptuata, niſi cum furto concurrat violatio pacis, c. ſi
quis quinque ſolidos, de pac. tenen. vel niſi res furetur
64 ſacra,† vel ſint famoſi latrones ad ſtratam furantes,qui
graſſatores appellantur, quamuis tantum ſpolient, &
non occidant,tex.gloſ.Bart.& alij Doctores in l. capita
lium, §. famoſos, ff.de pœn. facit Cæpol. de ſeru. fug.
nu.103.cum ſeq.& de ijs tribus exemplis habetur apud
Grammat.conſ.crim.36.

65 † Quæ autem ſint propria crimina exceptuata po-
nit gloſ.fin. in l.fin. C. de accuſat. quæ tamen non ſunt
reſtricta in tam paruo numero, vt ait Auguſt. ad An-
gelum,in ver.& Sempronium mandatorem,nu.5.cri-
minis læſæ Maieſtatis,hæreſis, ſimoniæ, aſſaſſinij,par-
ricidij, ſacrilegij, incendij, raptus virginum. Primum
hæc locum obtinent in criminibus exceptuatis, Spec.
in tit.de accuſatio.§.1.verſic.item repellitur, & Bart.in
l.reperi.ff.de quæſtio.vbi deriſit dictam glo. Adde ſorti-
legij,& libelli famoſi in dedecus famæ,& honoris per-
ſonarum Nobilium,de quibus infra ſub nu.79.Sed De
cia.in d.trac.crim.in tit.Clerici,quando laici,c.10.nu.
8.lib.3.tom.1. infraſcripta eſſe crimina exceptuata po-
nit hæreſis,c. Sacerdotes, 2.q.7.& not.in c.oues,ead.q.
7.Simonia,c.tanta, vbi not.ext.de Simoni. Clar.in §.
Simonia,verſ.ſcias,læſæ Maieſtatis,c.ſanè 15.q.3. ſacri
legium,§.qui autem 17.q.4. Dilapidatio bonorum Ec-
cleſiæ, c. non licet, 12.q.2. tenet gloſ.in ſumma 2. q.7.
Gigas verò in tract. crim. læſæ Maieſta. addit crimina
fraudati cenſus publici, annonæ, & crimen dilapida-
tionis,q.15.nu.16.& infra in 4.præmiſſo in Bulla Gre-
gorij XIV.habentur, quæ ſint talia delicta. Verum de
conſuetudine omnia delicta, pro quibus ingeritur pœ-
na vitæ,poſſunt dici exceptuata, & in eis rigoroſè pro-
ceditur,& pœnæ augeri ſolent,vt infra dicetur de cauſis
pœnam augentibus, & quæ non comprehenduntur in
abolitione generali, & gratijs à Principibus generali-
ter conceſſis ob publicam lętitiam,vt ſupra dictum eſt.

66 † Quid autem rebellio ſit, vide Bartolum in Extra-
uag.qui ſint rebelles, & Gigantem alleg.tract.de crim.
læſ.Maieſt.quæſt.25.qui dicit,quod rebellio conſtat ex
eo, quòd homines alicuius loci, vel eorum partem
à ſubiectione eorum domini quis ſubtrahit, & eos a-
lieno dominio ſubijcere tentat,iuraque eorum Domi-
ni extinguere, ex Bruno. conſil.28. & in crimen rebel-
lionis incurrunt non ſolùm Authores, ſed etiam ſub-
diti ſcientiam tantum habentes, & non reuelantes,
Clar.in d.§.læſ.Maieſt. & Gig.loc.cit. & dicam in 4.p.

67 † Crimen verò læſæ Maieſtatis eſt vbicunque ſubdi-
tus contra Principem, Rempublicam, vel alium ſu-
periorem minimè recognoſcentem, aliquid molitur,

vel qui ad hoſtes profugit, vel hoſtes qualitercunque
adiuuat contra Dominum ſuum pecunia, armis,
conſilio, eiſque nuntios, vel literas mittit, ſecretave nū-
tiat, vel ſubiectas prouincias nititur facere rebelles, vel
in Ciuitate ſeditionem mouet, vel efficit, vt Principes,
Senatores, Collateralesve illius occidantur, vel qui ar-
ma ſumit, vel loca occupat contra Rempublicam, vel
Principem, vel qui de proditione, vel tractatu contra
Principem, vel Rempublicam ſcientiam habet, &
non reuelat, vel quodcunque aliud dolo malo facit,
quo Princeps, Reſpublicave directè damnum patia-
tur; & hæc eſt lata deſcriptio, quam iuxta legalem Phi-
loſophiam deſcripſit Gigas dict. tract. de crim. læſ. Ma-
ieſt. in Rubr. num. 5. quæ in effectu multum placet, ad
quem, & de multiplicibus quæſtionibus in hac mate-
ria, & ad Clar. in d. §. læſ. Maieſt. cum addit. me re-
mitto. vbi Baiar. ſub num. 2. enumerat caſus 44. qui-
bus Crimen læſæ Maieſtatis committitur, & de ver-
bis contra Dominum prolatis, vid. eundem Baiard.
qui ſub num. 11. plures allegat. Et ſcias, quod ſubditus
non committit Crimen læſæ Maieſtatis, ſi à Domi-
no odio priuato proſequitur, & ipſe verbis, vel facto
ſe defendat. Nam primi motus non ſunt in noſtra po-
teſtate, & vim vi repellere licet, l. 1. de iuſtitia, & iu-
re, l. vt vim, eodem l. 1. ff. de vi, & vi arma. dixi in
2. par. ſub numero 57. & 67. & conturbans Principem,
non committit hoc crimen, Andr. de Iſern. cap. 1. §. 1.
quib. mod. feu. amit. Bul. in l. hoſtes, ff. de capt. nec ma-
ledicens eum. Add. ad Clar. num. 11.

68 † Hæreſis eſt falſa opinio & pertinax circa Deum &
ipſius Catholicam fidem, ſecundum Decia. in tract. de
delic. lib. 5. de hæreſi, c. 9. tom. 1. & ſecundum Boſſ. eod.
tit. num. 1. Hæreticus propriè & ſtrictè dicitur, qui ſen-
titaliter de articulis fidei, quàm Romana Eccleſia ſen-
tit, 24. q. 1. in c. hæc eſt fides, item quando malè ſentit
de Sacramentis Eccleſiæ, cap. ad abolendam, in prin-
cip. de hæret. Item quando malè ſentit de authoritate
ſummi Pontificis, & de approbatis Concilijs, dete-
ſtando ritus Chriſtianos ab Eccleſia Rom. approba-
tos, tot. tit. C. de ſacroſanct. Eccleſ. tit. de Epiſc. & tit. de
ſum. tri. & fid. Cathol. & prout etiam in Symbolo San
cti Athanaſij, incip. Quicunque vult ſaluus eſſe, &
Clar. in §. hæreſis, addit etiam eſſe hæreticum, qui ha-
bet peruerſum dogma, vel gignit nouas opiniones fal-
ſas, aut veteres, & falſas ab Eccleſia damnatas, & pro-
ſequitur, Clar. in d. ver. 1. & ſeq.

69. † Quis autem ſit Iudex competens, qualiter hæreſis
probetur, quis dicatur hæreticus manifeſtus, quis oc-
cultus, quis dicatur relapſus, & quomodo ſit facienda
abiuratio, vltra Clarum vide Boſſ. Gig. & Decia. ſu-
per allegat. & Scaccia. tract. ſuo, de iud. cauſ. ciuil. crim.
hæret. per tot. & Decia. cap. 47. & ſeq. tom. 1. ponit de
70 purgatione ab Hæreſi, † & in hoc iudicio ſemel abſo-
lutus definitiuè iterum poterit moleſtari, ex nouiter
deductis à Scaccia, d. tract. c. 95. in fin. fol. 181.

71 † Simonia ſecundum Clarum in §. ſimonia, eſt ſtu-
dioſa voluntas ſiue cupiditas ſiue vitium emendi, aut
vendendi aliquod ſpirituale, vel ei annexum, iux. gloſ.
& DD. in Rubr. de ſimonia. & Sanctum Thom. 2. 2.
quæſtio. 100. artic. 1. in princ. & eſt proxima hæreſi,
imò hæreſis ſpecies, cap. eos, 1. quæſtio. 1. Sanctus
Thom. 4. ſent. diſtinct. 13. art. 3. & latiorem definitio-
nem ponit Decianus de delict. tom. 1. lib. 5. tit. qui poſ-
ſint eſſe ſimoniaci, cap. 77. & ſimonia eſt peior idolo-
latria, Gig. d. tract. de crim. læſ. Maieſt. quæſtio. 15.
numero 7. c. citò turpem, il 1. in §. cætera de ſimonia,
ſed cum hæc pars magis tangere videtur Rectores ani-
marum, ſat eſt.

72 † Sacrilegium dicitur de iure ciuili, quando furatur
res ſacra, & in loco ſacro, quia hæc duo requiruntur,
DD. in l. Diui. ff. ad leg. Iul. peculatus, ſed de iure Ca-
nonico ſufficit alterum de duobus, vel quod res ſit ſa-
cra, vel quod aliqua res in loco ſacro furetur, Clar.
d. §. ſacrilegium, & ibi Baiar. vbi quoad perſonas, res,
loca, & quot modis committatur, trad. Decia. d. tract.
crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. & cap. 14. numero 7. Foller.
73 pract. crim. Cano. par. 2. cap. 17. † Et hæc ſacra dicun-
tur, videlicet Cuſtodia, Calix, Ara, veſtimenta ce-
lebrandi, & ſimiles res, quæ pertinent ad ornatum &
cultum diuinum neceſſariò, licet plures ſint ad eun-
dem effectum; ſic vaſa, in quibus aqua & vinum po-
nuntur pro celebratione Miſſarum, vel aliquod pal-
lium, vel lignum quo cooperiuntur altaria, & crux
etiam ſacra dicitur, propter repræſentationem veræ
Crucis D. N. Ieſu Chriſti, ſecundum Gomeſ. var. re-
ſol. tit. de delict. cap. 5. numero 11. eſt tex. in §. ſacræ,
Inſtit. de rer. diuiſ. ſacræ res ſunt quæ ritè per Pontifi-
ces Deo conſecratæ ſunt, veluti ædes ſacræ, & dona-
74 ria, quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt, † quæ
etiam per noſtram conſtitutionem alienari & obliga-
ri prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captiuo-
rum, vt in l. iubemus, C. de ſacroſanct. Eccleſ. & per
gloſ. in ver. excepta, vbi propter debitum, quod habet
Eccleſia, & propter alimenta pauperum alienari poſ-
ſunt; & remitto ad determinationem Sanctæ Ma-
75 tris Eccleſiæ, † ſed ſi res furata ſit in Eccleſia non
conſecrata, non dicitur ſacrilegium, niſi res ſit ſa-
cra, vt ſupra, & Archid. in cap. ſi quis 17. quæſt. 4.

Sed quo ad iuriſdictionem, cum ſacrilegium ſit
mixti fori, habet locum præuentio. capit. propoſui-
ſti, de Foro competenti, Decian. cap. 36. numero 7.
Caball. caſ. crimin. 194. numero 7. ipſe autem obſer-
uari vidi, quod de rebus in Eccleſia furatis à laico
laici, Iudex laicus proceſſit, verbo concorditer fa-
cto cum Reuerendiſſimo Epiſcopo, vel eiuſdem D.
Vicario, quia eſt modus in rebus, ſunt certi deni-
que mores (non dico tantum fines) quibus vtriuſ-
que iuriſdictio in timore Dei ſeruatur, & non de-
uenitur paſſim, ad contentionem Iuriſdictionalem,
alioquin, Chi troppo la tira, facilmente la rompe,
& ideò omnes vnanimes ad vnum bonum finem,
& effectum proparamus, & Deo ſit in omnibus laus,
honor, & gloria, & non nobis, ſed nomini ſuo.
Pſalm. 113. Ad prædicta l. vid. Iacob. de Bellouiſ. in
princip. tit. de fug. Reor. numero 4. & Eccleſiaſtici
dum tradunt fures Curiæ ſeculari, vel alios delin-
quentes in Eccleſia ſolent proteſtari citra pœnam ſan-
guinis, ne incidant in irregularitatem. Decian. dict.
cap. 36. numero 4. & licet, non obſtante tali prote-
ſtatione, ſi fur puniretur in pœnam ſanguinis vide-
retur Eccleſiaſticus irregularis effectus, tamen con-
trarium eſt verius quando dedit, & acceptus fur fuit
cum tali proteſtatione, & promiſſione à laico, pul-
chrè Didac. variarum reſolut. tom. 1. de Homicid.
§. 5. ſub numero 1. verſic. quarto, ſed quando fur res
ſacras ſurripuit, vel aliud Deo dicatum, qui in Ec-
cleſia ſit arreſtatus, tunc Iudex Eccleſiaſticus proce-
dit, verum ſi fur ab Eccleſia fugijt, & extra Eccle-
ſiam, & eius Iuriſdictionem, ab executoribus lai-
corum capiatur, Iudex laicus cognoſcit, nec tradi-
tur Curiæ Eccleſiaſticæ. At cum dubitari contin-
gat, an vterque Iudex præcedere valeat. Doctor. ſu-
pradicti videntur tenere quod ſic, cum non ſit in-
conueniens, quod qui deliquit diuerſis pœnis ab di-
uerſis Iudicibus afficiatur. Caball. dict. caſ. 94. ſub
numero 8. & ſequ. & ad hunc propoſitum vid. quæ
infra dicam in quarta parte, ſub numero 250. & quan-
doque altercari contingit inter duos Iudices Eccleſia-
ſticos, vt puta inter Reuerendiſſimum Nuntium, &
Reuerendiſſimum Archiepiſcopum, ad quem huiuſ-
modi ſpectet cognitio, dico quod ſi Delinquens ſit Ec-
cleſiaſticus Regularis quorum Reuerendiſſimus Nun
tius habet primam cognitionem, tunc ipſe cogno-
ſcet, in alijs verò cognoſcet Reuerendiſſimus Epi-
ſcopus. Facit Rach. annot. ad Guid. Pap. Deciſio.
562. in fin. & vide quæ dicam in quarta parte, ſub nu-
mero 244. Decia. dict. Tracta. tom. 1. lib. 4. capit. 20.
Grammat. Deciſio. 30. D. Menoch. de arbit. caſ. 389.

ipſe

ipſe verò me remitto illorum priuilegijs, & conſuetudini.

76 † De aſſaſſinio multi multa ſcripſerunt, ſed dico pro nunc aſſaſſinium eſſe homicidium ex propoſito factum ab vno, & ab altero mandatum pretio, ſiue pecunia, vel alia re data aut promiſſa. Quouis modo quis occidat Chriſtianum aſſaſſinium committit, dummodo data opera ex propoſito ſeu cogitate, & pretio dato, vel promiſſo id fiat, Canon. omnes in cap. 1. de homicid. Bald. in l. non adeò minus, de accuſat. Plac. latiſſimè, epito. delict. cap. 19. Aret. conſ. 163. Clar. §. aſſaſſinium, & alij per eum allegati. Sic hodie interpretatur conſuetudine, quicquid dicant contrarium tenentes, in cap. 1. de homicid. & D. Menoch. de arb. iud. caſ. 360.

77 † Et vt verè dicatur homicidium per aſſaſſinium ſequutum, hæc quatuor requiruntur: primò mandatum; ſecundò pretium; tertiò vt dedita opera, ſeu animo deliberato fiat, aliqui dicunt à ſangue freddo; quartò, vt ſequatur mors Chriſtiani, Gabriel. co. concluſ. lib. 7. conclu. 1. Niger. in cap. frequens, ſub num. 48. quòd

78 quis mandauit. † Eſt benè verum quod ſi mors non ſequatur poterit appellari delictum per aſſaſſinium, & comprehendetur in ſtatuto de aſſaſſinio loquente, de hoc Maſcar. de probat. concluſ. 137. & 138. p. 1. Et Aſſaſſini ſunt qui homines per pecuniam occidunt, ſecundum Ioan. And. in Nouell. ſed ſecundum Boſſ. in tit. de for. compet. num. 141. Aſſaſſini etiam dicuntur, qui vulgò ſpoliant in via & ſtratis homines, vel in domibus, & non occidunt; ſed cur non farinellos appellat, quorum theriaca ſunt Capelleti, quibus Veneti vtuntur. Vtinam & vicini Domini exemplo eorum hanc peſtiferam & malè toleratam gentem ſimili an-

79 tidoto extirparent pro bono publico. † Et hoc genus ſceleſtorum poteſt vbique puniri, Plac. epit. delic. cap. 19. & Mart. Laud. conſil. 40. & in materia aſſaſſinij vide D. Menoch. de arb. iud. caſ. 360. Et dicitur etiam aſſaſſinus ille, qui accepit præmium pro vulnerando tantùm, Decia. d. tract. crim. tom. 2. cap. 30. nume. 22. cum plur. ſeq. fol. 228. Et licet aſſaſſinium non compleuit, tamen non deſinit eſſe aſſaſſinus, ſi per eum non ſtetit. Et aſſaſſini omni legum priuilegio carent, & ab omni legum auxilio ſunt deſtituti, & abſque alijs indicijs torqueri poſſunt, quia ſatis de ſe indiciati ſunt. Et ſi renunciant defenſionibus ſtatim condemnari poſſunt, vt de ijs omnibus Placa. d. c. 19. per totum. Cano. in cap. 1. de homic. Bal. in l. non ideo, de accuſat.

80 † Fraternizat aſſaſſinio delictum proditorium, quod pluribus modis fit, vt per Bartol. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn. quod eſt vnum habere in mente, & aliud in corde, ſignis exterioribus fingendo incautum offendere: & vt paucis abſoluam, proditio nil aliud eſt, che tirare il colpo, & aſcondere il braccio. Heu quot ſunt iſti proditores, exempli gratia, ſi tecum quis ſocius itineris veniat, & nulla interueniente rixa te percutit, vel tecum ſedendo in menſa te occidit, vel venenum præbet, vel cum tecum amicitiam fingit, te percutit à tergo, ijs omnibus modis dicitur delictum proditoriè, vt per Clar. in §. homicidium, ver. proditoriè, vbi de homici-

81 dio proditorio. Hinc eſt etiam, † quòd ſi eſſet inimicus, dicitur proditoriè occidere, ſi laruatus, aut de nocte, vel in inſidijs ſtans in loco abſcondito inimicum occidat eo tempore, quando præcauere non debuerat, vel non poterat veriſimiliter cogitare de huiuſmodi offenſa ab incognito ſibi facta. Id etiam eſt de mente Bart. loco ſupra cit. & Farinac. quæſtio. crimin. 18. numero 76. quicquid in hoc aduerſatur Baiar. ad Clar. dict. verſic. proditoriè, quoniam ita

82 practicatur. † Pluribus igitur modis proditor dicitur, de quibus etiam Gigas in tract. crimin. læſ. Maieſtat. quæſtio. 5. numero 21. quæſtio. 10. numero 18. quæſtio. 21. numero 2. latiùs in tit. de proditoribus, quæſtio. 1. fol. 162. & D. Menoch. de arb. iud. caſ. 361. numero 26. vbi dicit illum dici proditorem, qui per inſidias incautum occidit retrò, vt vulgò dicitur, da traditore; Bonacoſſ. in ſuis quæſtion. crim. in ver. proditor. Et notandum, quòd qui infligit vulnus tantum (ſed armis venenatis) dicitur delictum proditorium commiſiſſe, quando ſcilicet qualitas dicti vulneris non eſſet mortalis, niſi propter venenum armis adiectum à traditore, per DD. in l. 1. de malefic. & Mathemat. & ita proditores appellantur à Gomes, tit. de delict. cap. 3. numero 5. vbi dicit quòd in Hiſpania proditor appellatur aleuoſia. Luc. de Penna, in l.

83 ſeruum, C. de delict. lib. 10. † dicit proditoris mores eſſe ſigna oſtendere fidelitatis, dulcia ac ſuauia verba proferre, proditor amplexatur, applaudit, blandè ridet, maxima pollicetur, obteſtatur Deum, ſub pacis fœdere oſculatur, ad iurandum eſt pronus, libenter adulatur, quod eſt eſca proditionis, 46. diſtinct. cap. clericus. Item qui ſoporoſa vina propinat, & cibaria delicata præparat & ſubdit: ob quàm crudelia & mortifera ſunt iacula proditorum; vix enim erit, aut nunquam, qui ſibi poſſit ab illorum ictibus præ-

84 cauere, † & plus nocet lingua adulatoris, quàm manus interfectoris. Hæc ille. Et vt Dauid in Pſalmis, virum ſanguinis & doloſum abominabitur Dominus, & in alio Pſal. 42. ab homine iniquo & doloſo erue me. Et in materia proditoris circa ſtatutorum interpretationem vide Bonacoſ. in d. quæſt. crim. in d. verb. proditor, & qui dicatur proditor homicida explicat Plac. epit. delict. lib. 1. cap. 21. vbi ait quod Socius homicidæ proditoris eadem pœna ſit plectendus.

A ✱ Crimen libelli famoſi inter atrociſſima crimina connumeratur, ſecundùm Bartol. in l. leuia, §. fin. ff. de accuſation. Farinac. de delict. & pœn. quæſt. 18. numero 83. vſque ad numero 88. idem in tit. de indit. & tor. quæſt. 42. numero 8. cum ſequ. text. in l. vnica, C. de famoſ. libell. vbi Scrib. & in l. lex Cornelia, §. ſi quis libellum, ff. de iniur. & 5. quæſt. 1. cap. ſi quis famoſum, & in hoc crimine ex officio procedi poteſt, & ſtatim ad capturam, & ad torturam deueniri per proceſſum informatiuum, Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs, ff. de eden. Hipp. pract. §. diligenter, numero 80. & 81. Alexand. conſil. 215. in fin. volum. 2. & conſil. 156. colum. 4. volum. 5. Dec. conſil. 162. numero 14. Grammat. vot. 21. numero 5. nouiſſ. Moſcatell. in tit. de iniurijs, & famoſ. libell. numero 18. Et priuilegiati in hoc torquentur, ſiue Clerici, ſiue Doctores, Vvlpell. conſil. 141. numero 11. quia reatus omnia priuilegia tollit, Franc. Marc. Deciſio. 707. par. 1. & quæſtio. 81. pag. 32. eodem titulo. Quinimmò Clericus fit irregularis, exhibendo in Iudicio ſcripturam infamatoriam, vbi pœna ſanguinis ingeritur, Cæpol. conſil. 78. Clar. quæſtio. 40. & ſi iniuria ſit ob falſam cauſam vltra infamiam, etiam pœna falſi punitur, Clar. §. falſum, ver. fabricans, Diaz. in ſua pract. crimin. Canon. cap. 87. Borgaſ. de irregul. tit. de crim. falſi. multò magis ſi delictum concomitetur à qualitatibus delicta aggrauantibus, de quibus aliàs dixi ſuprà, par. 1. numero 197. par. 3. numero 210. & 295. & alibi; & illa præcipua eſt, quando verbis adduntur facta, vt puta pictura aliqua obſcæna, & infamis, quia ſola de per ſe habetur pro libello famoſo, Scrib. in dict. l. vnica, C. de famoſ. libell. circ. princip. Rom. conſil. 378. & Soc. conſil. 1. volum. 1. Bertazol. conſil. 265. volum. 2. idem conſil. 273. volum. 1. Clar. §. fin. quæſtio. 68. verſic. libelli famoſi, & ibi Baiard. numero 62. & multos allegat D. Borgn. Caual. deciſio. 35. par. 1. quibus in locis multa traduntur exempla, in hoc tractatu, nec alibi nequaquam digna ſcribenda.

Secunda qualitas principalis eſt ſignificatio litteris expreſſa, ad cuiuſcunque iniuriam, aut contumeliam dicta, aut facta, vel ſcripta ſit, ad trad. per Moſcatell. loc. cit. ſub nu. 28. & 29. & DD. in d. l. vnica, C. de

libell. famoſ. Farinac. d.q.18.num.75.& 94.& Boſſ.tit. de iniur.num.13.& alibi, Alba.conſil.46. Vvlpell.conſil. 126. qui dicunt animum doloſum ex tali qualitate præſumi.

Tertia qualitas eſt locus, vt ſi in publico, vel in priuatis locis, vel in magnatum Palatijs, aut in muris ſacrarum ædium; d. l. vnica, & per Muſcatel. vbi ſupra, num.9. & pictura, ſeu ſcriptura obſcœna in locis, & muris ſacris affixa, aut aliter ſcripta, vel picta, aſſumit qualitatem ſacrilegij polluendo muros Eccleſiæ, l. ſi quis hoc genus, & in l. iubemus, C.de Sacroſanctis Eccleſijs, l. Prætor, §. fin. de iniur. Muſcatell. d.tit.numero 19.idem in tit.de Sacrileg.num.4.Foller. pract.crim.Cano.2.par.num.4.fol.172.

Quinta qualitas eſt tempus, vt in die feſto, vel quando populus magis vno tempore congregatur, Alciat.conſil.40.num.7.lib.5. Bero.conſil..161. col.3. & 4.volum.3.Bertazol.conſil.237.num.6. vol.1. Aug.ad Ang.de Malefic. in verb.de mane, vel de ſero, circ.fin. & in ver.in ſcalis,pulchrè Farinac. tit.de delict.& pęn. d.q.18.num.66.67.& 68.

Sexta qualitas eſt, quando vnà cum iniuria verbali falſum apponitur, contra virum honoratum; Bonifac. in dict. Rubr. de famoſ. libell. Plac. epit. delict. cap.3.num.2. Gomeſ.de delict.cap.6. numero 1. Farinac.de indic.& tor.quæſt.42. num.12.& ſeq. & de delict.& pœn.quæſt.18.num.82.

Septima qualitas eſt, quando per libellum famoſum tota familia, aut collegium infamatur; Nam dicitur vniuerſale delictum, & tantò grauiorem requirit pœnam; l.fin. de iniur. & in l.lex Cornelia, eodem tit.Guid.Pap.deciſ.88.num.1.vbi de Doctoribus,Crauet.conſil.168.num.10.

Octaua qualitas eſt, quando libellus infamatorius cum cœtu, & vnione gentium caueretur, data opera, cum vnio ad malum in dubio præſumatur, & ſit de ſe prohibita, Boſſ.in tit.de vnio.& per Grammat.vot.21. vbi ponderat quando noctis tempore.

Nona qualitas eſt, quando in populo ſcandalum oritur ob talem libellum famoſum, quia magis crimen aggrauatur ob ſcandalum, Abb. not. in cap. at ſi Clerici,extra de Iudic.

Decima qualitas eſt praua illorum qualitas, qui ſolent delinquere, D.Farinac. de delict. & pœn. d. quæſtio.18.numero 80.

Tandem quibus modis hoc peſſimum crimen fiat domorum deſolator, factionum inuentor, & animarum pernicies, & qualiter quis canendo, vel lacerando puniatur, ac qualiter quis excuſetur à pœna d.l. vnicæ, Cod. de libel. famoſ. vide D.Borgn. Caualca.d.deciſio.35. p. 5. & ideò cauendum eſt, tanquam ab igne, ob tam graues pœnas ſpirituales, & temporales inflictas; quas qui non timet, actum eſt de illo, & quàm ſit difficile reſtituere famam puellis, & perſonis honore, & virtute præditis, nemo eſt qui ignoret: videatur vltra alios Nauar. in Manual. Confeſſ. cap. 17. & Ludou. Carbo. in ſuo tractat. de reſtitut. omn. rer. Et pro complemento nota, quod actio iniuriarum reſpectu partis offenſæ præſcribitur poſt annum, Plot. in conſil. 131. numero 17. inter Conſil. crim. diuer. tom. 1. non ſic quo ad intereſſe fiſci, cum per tale crimen libelli famoſi lædatur ius publicum, vt in dictis iur. Nec talis actio tollitur proteſtatione contraria, l. iubemus, §. quid tamen, ff. de act. empt. pulchrè Bertazol. Conſil. crim. 390. numero 15. volum. 2. Et ſcias, quod libellus in actione iniuriarum procedit etiam ſi iniuria ſit æſtimata vltra id quod iniurians facere poſſit, Afflict. in Conſtitution. varietates pœnarum refert Baiard. ad Clar. §. iniuria, verſic. ſed nunquid, numero 45. & 46. vbi tradit practicam quod in libello dicatur, quòd iniuriatus voluiſſet potiùs amittere centum, quàm talem iniuriam pati, Plot. in l. ſi quando, numero 285. Bertazol. conſil. 17. numero 15.

B ✱ Cæterum pœna ſortilegij eſt maximà, vt fuſtigationis, & perpetui carceris, iuxta qualitatem ſortilegij, 26. quæſtio. 5. capit. quod contra ſortilegos, Rom. ſingul. 660. & quando ſortilegium ſapit hæreſim, pœna eſt vltimi ſupplicij, Menoch. de arbit.caſ. 388. Nauarr. in dict. ſuo Manual. Confeſſ. capit. 11. numero 38. & ſequ. & an Iudex ſecularis poſſit cognoſcere de ſortilegijs, & de differentijs ſortilegiorum circa inuocationem Dæmonum ad diuerſos effectus, hic omitto, ne videar cum ſcrupuloſis altercare; vide text. & Canon. in cap. 1. & 2. extra de ſortileg. vbi Abb. & Hoſtien. in ſumma, Oldr. conſil. 210. Ioann. Andr. in Addit. ad Specul. in tit. de ſortileg. in quarta par. Geminian. in cap. Sacerdotes, 2. 5. & 6. de Hæretic. Alber. in ver. ſortilegium, Paul. Ghirland. eodem ſuo Tracta. de Sortileg. & in tit. de Lamijs, & Clar. in §. hæreſis, aliqua per Riminald. Iunior. conſil. 414. volum. 4. & poſt omnes latiſſimè more ſolito Farinac.tit.de delict. & pęn. quæſtio.20. à num.72.cum mult.ſeq.

Flagitium eſt Delictum carnale per vim contra pudicitiam alterius inſtanter attentatum. Inſtitut. de pub. Iudic. §. item lex Iulia. verſic. ſin autem. & flagitioſus apud Calep. appellatur Vir, ſceleſtis, ribaldus, & maluagius. in quo autem differat, Flagitium à Facinore, vid. Archidiac. 32. quæſtio. 7. & text. & Doctor. in l. quoniam multa facinora, Cod. ad legem Iuliam, de vi. priua. & de pœna Flagitij vid. in quarta par. ſub numero 79. litera E. Facinus verò eſt pluſquam ſcelus, & in priorem partem ſonat apud Decia. de Delic. tit. de facinore, tom. 1. char. 12. De Flagitio habui exemplum Mantuæ, Nam in terra Vitilianæ noctis tempore quidam Salinerius in via à furibus captus nolens dicere, vbi tenebat in Domo pecunias, illum cum ſtilitis continuò perforando duxerunt verſus Padum, ibique ſummerſerunt, luerunt pœnas.

85 † Quæ autem ſint delicta leuia, grauia, grauiora, grauiſſima, enormia, enormiſſima, atrocia, atrociſſima, vltra relata à Clar. in dict. §. 1. & à Decia. lib. 4. qui multos titulos de eis fecit, in ſuo Tracta. Crimin. tom. 1. & 2. eſt Doctrina Bartoli in l. non ſolùm, §. ſi mandato, numero 7. de iniur. Abb. in cap. tuæ diſcretionis, numero 3. de pęn. Sforz. Odd. de reſtitutio. in integrum, quæſtio.80. artic. 1. Cæpol. conſil.11. colum. 4. Boſſ. pleniſſimè in tot. eius pract.

86 † & quæ delicta in domibus fieri dicantur, quæ in horto, vel curtili, aut in apotheca, in hoſpitio, in ſtabulo, in naui, & in mari, inſula, & portu, ponit Iaſ. in l. plerique, ff. de in ius vocan. à Molignat. tracta. de appellatio. nonnulla colliguntur, & à Cæpol. in eius tract. de ſeruitu. paſſim in proprijs locis, & Rubr. Fab. à Monteleo. in eius pract. arbit. par.4. numero 638. fol. 232. & dicam infra per diſcurſum. Idem Iaſ. in l. ſerui electione, §. Labeo, numero 28. de legat. 1. Angel. de Malefic. inuen. & fecit inſultum, verſic. quid autem ſi ſtatutum, & infra numero 196. & in quarta parte, numero 86. & per tot.

Quid ſi delictum fiat, in via publica, & in Ciuitati ſint duo Iudices maior, & minor, à quo Delinquens condemnandus eſt? & breuiter dic à Iudice ſuperiori, Quia via publica inter Regalia continetur, §. 1. tit. quæ ſint Regal. hoc de ſtricto iure, tamen contrarium obſeruatur, quoniam via publica dicitur eſſe ſub iuriſdictione illius Iudicis, qui Prouinciam regit. Iacob. Nouell. in ſua Pract. de libellis circa iuriſdictionem, in fin. §. Quæro nunc, & hic Nota, quod ſi ſtatutum punit nimis delinquentem in via, quàm in Platea, quod ſi platea ſit in medio viæ, vel de via ingrediatur in plateam, & per plateam eundo via ſequatur, & delictum fiat in principio plateæ, nihilominus punitur, ac ſi in platea, quoniam ſtatim, quod via intrat plateam,

deſinit

deſinit eſſe via. Bart. in l.fin. de itiner. actuque priuat.
refert,& ſequitur Cæpol.de ſer.vrb.præd. Rubr.de via.
num 11.12.& 13. & ſi delictum magis puniatur in via
publica, quàm in priuata, ſi per viam priuatam publi-
cè eatur, nihilominus ibi ſtatutum quoque locum ha-
bere videtur, l.1. §.ſumma cum vtilitate, ff. de iis, qui
deiec. vel effud. tenet Ang.de malefic.in.in ver.& Pen.
percuſſ.& inſult. ver.& pone Alber.de Roſat. ſuper 2.
par. ſtat. in ver. ſtatuto cauetur, quod vulnerans. con-
trarium verò tenet Cæpol. vbi ſuprà, numero 33. cu-
ius opinio ęquior videtur; vid. Bald. in l. quicunque,
colum. 2. Cod. de ſeru. fug. vbi loquitur de vulneran-
te in via, & de occidente in platea vulneratum, dum
fugit.

Et quoniam dictum eſt Brachium Regium ex cau-
ſis grauiſſimis, & occultis concedi, hic occurrit du-
bitari de eo quod ſæpè controuerſum fuit in Ciui-
87 tate Genuæ, † quæ Ciuitas cùm ſit magna Reſpu-
blica, & ab Optimatibus gubernetur, ſi contingat
fieri aliquod enorme delictum, de quo veritas mi-
nimè inueniri poſſit via ordinaria, recurrendum eſt
ad remedium extraordinarium, quo caſu ſæpè alter-
catur inter fiſcum, & partem offenſam (præſertim
ſi agatur cauſa criminalis inter nobiles, qui vellent
extraordinariè procedi contra delinquentem æquè
nobilem, ſed volunt, vt vulgò dicitur, tirare il col-
po, & aſcondere il braccio, quod vitium vndique
admodum viget, vt dici poſſit error communis)
altercatur ad quem ſpectet petere Brachium Re-
gium.

88 † Fiſcus autem exiſtimat, hanc curam ad offenſos
pertinere petendi extraordinariam prouiſionem à Se-
reniſſimo Senatu, quia paratum ſe eſſe dicit ea pro
ſui parte facere, ad quæ tenetur, & pars offenſa, &
fiſcus ambo tractant de ſeſe exonerando metu indi-
gnationis delinquentium, & eorum cognatorum;
interim ne iuſtitia retardetur, quæro ipſe quid iu-
ris? Et quidem Deciſione Cæſarea opus eſſet; nihi-
lominùs pro parte fiſci allegari poteſt illud ſimile,
quod ad infirmum, ſeu ad eius caros pertinet petere
remedia, & Medicum, iuxta illud Virgilij:

*Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.*

Et apud Horatium habes: qui fomenta paret, Medi-
cum roget: & in Euangel. Vis ſanus fieri? Pro parte
verò offenſa poteſt dici hanc ſolicitudinem magis ſpe-
ctare ad fiſcum, qui omni cura,& via quærere,& veri-
tatem inueſtigare tenetur, vt in l.fiſci Aduocatus, C.de
Aduoc.fiſc.eo maximè, quia hoc Brachij Regij reme-
dium extraordinarium non petitur,neque conceditur,
niſi pro cauſis valdè grauibus, in quibus de conſuetu-
dine poteſt ex officio procedi, vt inquit Clar. §. fin.
quæſt.3. verſic.ſed certè. Secus in iis,in quibus procedi
non debet, niſi ad inſtantiam partis; hoc in caſu ſpe-
ctat ad partem offenſam,& fiſcus tenetur etiam ſuis ex-
penſis,ſi non adſit accuſator, perſequi malefactores, &
89 facinoroſos, quia intereſt Reipublicæ, † vt mali pu-
niantur, l. ita vulneratus, ad leg. Aquil. Peregr. de iur.
fiſc. fol. 154. Vnde credo hoc onus ad fiſcum ſpectare,
videlicet ad procuratorem fiſcalem,non autem ad Ad-
uocatum,per l.fi. C.de procur.fiſc. tot.tit. C.de ſentent.
Aduoc.fiſc. lib. 10. niſi conſuetudo ſit in contrarium,
vt Genuæ cauetur per nouas leges, c.6. facit Clar. §.fi-
nal.quæſtio.3.verſic.ſed certè quicquid ibi, & ratio eſt,
& quæſtio. 10. verſic. fin. & text. in l.3. C. de Aduoc.
fiſc. Ad contraria autem conſuetudo reſpondebit pro
97 me, & vide ſupra, num. 41. † qui ponit multos caſus
eorum, qui non gaudent immunitate Eccleſiaſtica,
vbi pulchrè loquitur, & dat quaſdam notabiles decla-
rationes ſub num.2. circa latrones,& viarum graſſato-
res, omninò videndas in materia ſtatutorum, vbi vult
98 † quod latro viarum, qui non occidit, ſed ſimpliciter
furtum in via publica committit, gaudeat Eccleſiaſti-
ca immunitate, niſi plura, vel tria furta commiſerit,
quoniam iſte efficitur famoſus latro, l. capitalium,
§. graſſatores, & §. famoſos, ff. de pœn. Nauar. in ſuo
Manual.Confeſſ.cap.25.ſub num.19.vbi ponit eos qui
immunitate Eccleſiaſtica non gaudent;& ſeruanda eſt
alia Bulla Papæ Gregorij Decimiquarti in hac immu-
nitatis materia,quę vult immunitatem Eccleſiaſticam
minimè ſuffragari ſecularibus ad Eccleſiam cõfugien-
tibus pro infraſcriptis delictis, videlicet, publici latro-
nes,viarum graſſatores:qui itinera frequentata, vel pu-
blicas ſtratas obſidẽt,ac viatores ex inſidijs aggrediun-
tur: depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mu-
tilationes membrorum in ipſis Eccleſijs,earumvè Cę-
miterijs committere non verentur:qui proditoriè pro-
ximum ſuum occiderint:aſſaſſini,hęretici,& læſæ Ma-
ieſtatis criminoſi, qui in perſonam ſui Principis fece-
rint. Sed quando iuriſdictio eſt euidenter notoria lai-
calis,ſeu Eccleſiaſtica,tũc quilibet Iudex poterit etiam
cum armis, & fuſtibus ſuam iuriſdictionem tueri, ac
defendere, ita dicit Baldus in ſua Margarita, in verb.
Iudex,quando ſcilicet de facto proceditur aduerſus eos
de facto procedi poteſt,l.vt vim, ff.de iuſtit.& iur. l.1.
ff.de vi,& vi arma.cum ſimil.

100 † At quando Clericus eſt notoriè malefactor,& fa-
cinoroſus, non incedens in habitu, & tonſura, ſi ſit in-
corrigibilis, & ter admonitus non deſtiterit ſe atroci-
bus delictis immiſcere, tũc poterit à laico retineri abſ-
que metu cenſuræ,& contra eum procedere,quia dici-
tur excluſus à priuilegio fori,Clar.§.fi.q.36.per tot. De-
cia.q.crim.lib.9.cap.30. num.11. tom.2. Farinac.q.8.
num.28. Decia.conſ.82.vol.2. Cano.in c.1.de homic.
Rim.Iun.conſil.685.vol.6. vbi in materia delictorum
atrociſſimorum loquitur,& ne erres,vide Concil.Tri-
dẽt. Seſſ.23. & circa diſputationes vide Doctores quos
adducit Baiar.ad Clar.q.36.verſ.item quæro nunquid,
& ſi delinquens de facto eſſet ab Eccleſia extractus per
officialem laicum, cognito per Eccleſiaſticum, quod
non gaudeat immunitate Eccleſiaſtica, non poteſt ex-
101 trahens † per vim, aut vrbaniter delinquentem, ab
Eccleſia excommunicari,neque puniri à Iudice Eccle-
ſiaſtico, quia tali caſu non dicitur illata iniuria Eccle-
ſiæ,nec fregiſſe illius immunitatem etiam licentia Epi
ſcopi non requiſita, nec obtenta ſecundùm commu-
nem opinionem, quam referunt, & ſequuntur Guid.
Pap.deciſ.121. car.189. Rebuff.in conſtitut.Regni,tit.
de immun. Eccleſ.gloſ.2.num.4.tom.2.hos,& alios al-
legat Caualca.in Reper.deciſ. 1.par. in verſ.Iudex Ec-
cleſiaſticus,& non ſecularis.verſic.ad vnum eſt aduer-
102 tendum. ſub num.16.17.& 18. † vbi dicit, quòd por-
tans arma prohibita,& aufugiens ad Eccleſiam, poteſt
ibi ſpoliari dictis armis à Berouarijs, & à ſatellitibus,
ſiue ſit laicus, ſiue ſit clericus, per Didac.var.reſolut. c.
20.in fin.& Clar. q.36. verſic.vlterius quæro. Sed cum
prædicta typis traderẽtur,nondum prædicta Bulla Pa-
pæ Gregor.XIIII. nata erat, nunc verò ea durante ali-
ter dicendum eſt. Vide de cõfugientibus ad Eccleſiam
latè per Farinac. q.27. per tot. tit. de carcer. & carcer.
103 † Item quando nollet remittere laicum ad Iudicem
ſecularem, qui laicus eſt Iudex competens, vt ſupra di-
xi.& per Clar.q.28. ver.vidi.& q.57. ver.ſed hic occur-
rit. Gomeſ.var.reſol. tit. de captura Reorum, c.10. ſub
num.2.col.3.ver.& adde,trad.Cano.in c.cum ſit gene-
rale,de for.comp.vbi Maria.nu.25.& Barba.num.235.
in omnibus autẽ caſibus, in quibus Iudex ſecularis po-
teſt punire clericum pœna pecuniaria,non poterit,niſi
in bonis proprijs patrimonialibus, & nõ in alijs bonis
104 Eccleſiaſticis. † Et notandum etiam quod laicus qui
deliquit in clericum, ratione correlatiuorum non
poteſt gaudere eodem priuilegio, quo gaudet cleri-
cus, ea etiam ratione quod æqualitas in iudicijs ſit ſer-
uanda, l. non licet actori. de reg.iur.quia eſt textus qui
hoc decidit in cap. cum non ab homine de iud. & ita
practicari communiter teſtatur Gomeſ. var. reſol. tit.
quando Reus gaudet immu. Eccleſ. ſub nu.6.& nu.34.
trad. quomodo Iudex ſecularis poteſt iuſdicere con-
tra clericos, facit l.auxilium in fi.de minor.c.bonę, in

princ.de elect.& tandem de quibus rebus,& perſonis,
& quando Iudex Eccleſiaſticus cognoſcere poſſit,vide
omninò Maran.de ord.iur.4.par.11.diſt.vbi latiſſimè,
& ibi nu.34.ponit caſus, in quibus Iudex ſecularis po-
teſt exercere ſuam iuriſdictionem in Clericos.
105 † Quintò Brachium Regium quando ex aliqua
vrgenti cauſa conceditur, commiſſio debet in ſcriptis
dari, ad quod ſummoperè aduertant Iudices, vt has
Principum extraordinarias iuſſiones in ſcriptis per
ſyngrapham, vel aliter habeant, & penes acta conſtet
de eis, inibique diligenter cuſtodiantur pro exonera-
tione iniuncti oneris,alioquin tempore ſyndicatus,&
fortè non expectabitur finis officij quod malum ſibi
obuenire poſſet. Nam per teſtes poſſet difficillimè pro-
bari oretenus, vel vt aiunt, viuæ vocis oraculo emana-
ta commiſſio Principis, niſi tabellio fuerit rogatus,vel
ex ſyngrapha conſtiterit, Lap. alleg. 55. & Vant. pul-
chrè de nullita.iuriſd.nu.28.& ſeq. Nec credendum eſt
Iudicem tale habere mandatum, l.vnic. c. de mandat.
Princ.gloſ.pen. in c.fin. de offic. ord. ſicut ex ſimili de
mandato procuræ, ſecundum communem opinio-
nem eorum,qui negatiuum tenent relati à Maſcar. de
probat,concluſ. 1011.vol.2. & præſumitur contra offi-
cialem; qui procedit ad aliquid agendum ſine iuſſu
principis, l.facultas, de iur. in ver. præſumptio, c.1. in
princ. Verùm D. Capitaneus Iuſtitiæ Mantuæ eſt Iu-
dex ordinarius maleficiorum, nec habet parem, ne-
que ſuperiorem,niſi Principem,& eſt conſtitutus cum
ſimili poteſtate, & balia procedendi ordine ſeruato, &
non ſeruato, & de vi dictæ clauſulæ vide Luc. de Pen-
na, C.de Decurio. lib.10. in exemplo, nu.7. & latiùs
ſuo loco dicetur, habetque præfatus Capitaneus Iuſti-
tiæ liberum arbitrium, latum & amplum,ita ut etiam
procedere poſſit per proceſſum informatiuum, quod
proprium eſt Brachij Regij, ut in Diplomate ſeu pa-
tentibus Mantuæ exprimitur ijs ſequentibus verbis:
VINCENTIVS Dei Gratia Dux Mantuæ,& Mō-
tis ferrati,&c. Quæ nobis de prudentia, animi integri-
tate, optimisque moribus Magnifici, & Excell. D.N.
relata fuere. Nos ad eius operam in munere Capitaneo
Iuſtitiæ vrbis huius noſtræ loco Magn. & Excell. D.
N.dicto met munere functi vtendam inducunt: Idcir-
cò præſentium literarum noſtrarum obſignatione ip-
ſum N. eiuſdem vrbis noſtræ Capitanei Iuſtitiæ per
biennium proximum creamus & conſtituimus cum
mero & mixto Imperio, Gladijque ampla & abſoluta
poteſtate, in iuredicendo, & adminiſtranda iuſtitia in
dicta met vrbe noſtra, eiuſque ditione (oppidis excep-
tis, vbi Gubernatores, & Prætores ius dicunt) in qui-
buſcunque cauſis criminalibus, & mixtis, ac depen-
dentibus, & connexis, & nullo laicalis fori priuilegio
obſtante aduerſus noxios quoſcunque & quoſuis ino-
bedientes, qua iniunxerit ſumma mulctandos, ſuſpe-
ctosque de alio crimine, delicto, maleficio, & exceſſu
capiendi, in vincula conijciendi, torquendi, & repe-
tendi, prout ei videbitur, & in atrocibus etiam non
præcedentibus, vel ſubſiſtentibus inditijs, & denique
vbicunque de re noſtra, ſeu Camera noſtra fiſcali agi
contigerit, ſe, vt noſmet ipſi poſſumus, interponendi
omni appellatione remota, niſi vllas nobis fortè, ex
ſententijs ſuis denuò cognoſci placuerit, cum ſtipen-
dio, &c. Iis quoque conferunt nonnulla decreta, &
ſtatuta, quibus expreſſim cauetur D. Capitaneum Iu-
ſtitiæ poſſe procedere per proceſſum informatiuum
ad torturam, & credere teſtibus etiam inhabilibus, vt
ſocijs criminis, & huiuſmodi in quibuſdam delictis
atrocibus etiam ſine inditijs deuenire ad tormenta, &
examen rigoroſum, vt ipſe practicaui tempore, quo di-
ctum officium geſſi, & diſceſſi auxilio diuino cum
amplo & honorabili diplomate boni ſeruitij, bene-
que geſti officij mei, & niſi vanę gloriæ applauſus ef-
fugerem, de verbo ad verbum ad æmulorum & inui-
dorum morſus reprimendos continentia huius diplo-
matis recenſerem; At Deus ſcrutator cordium ea no-
uit, & Sereniſſimus Magnus Dux D. meus, ac alij
Principes benè certiorati fuere, quod mihi ſufficit, &
in hoc propoſito arbitrij ſcias quod ſtatutum loquens
de poteſtate comprehendere videtur etiam capita-
neum Iuſtitiæ ſecundum Bar. in l.2. §. equidem, ff. ad
Tertull.gl.in l.à Diuo Pio. §.2.de re iud. intellige ſi ca-
pitaneus ſuper eadem & circa idem Iuriſdictionem
habeat quam habet poteſtas, vi. Bal. in l.non valet. C.
ad leg. Iul. de plagiar. & an Capitaneus æquiparetur
Ducibus,& Comitibus vi.Bar.in Conſ. Quidam cap-
107 tus. Et † ſuper præmiſſa facultate, virtute ſtatutorum
procedendi ad torturam ſine inditijs,vel credi teſtibus
inhabilibus, intellige quando inditia non poſſunt in-
ueniri, alioquin Iudex habens aliunde plenas proba-
tiones peccat mortaliter torquendo reum. Andr. de
Iſer. ſuper conſtitut. ſi damna clandeſtina, col.7. Ideò
prius debet vti diligentia; de qua latè in 3.p.dicam. Sa-
nè Iudices aperiant oculos, vt Notarij actorum ad
amuſſim eorum iuſſiones & ordinationes ſcribant,&
præcepta maximè in materia torturæ, & conſiderent
diligenter importantiam reſcriptorum, vires authori-
tatis ac naturam clauſarum, & quibus verbis Bra-
108 chium Regium conceſſum ſit. † Nam verba reſcri-
ptorum ſunt ſemper ponderanda, & ad vnguem ob-
ſeruanda,alioquin factum contra eorum formam non
valet, Rimi. Iunio.conſ.355.nu.24.& ſeq.vol.4. & re-
ſcripta huiuſmodi ſunt ſtricti iuris, Iaſ. in l. benefi-
cium,in princ. C.de conſtitut. Princ. Abb. & Dec. in
c.ſignificante,& in c.ſedes,de reſer. Rimi. Senio. conſ.
410.nu.12.vol.3. Burſat. conſ.73. nu.6. vol.1. & verba
reſcripti tantum valent quantum ſonant in materia
ſtricta, & à iure communi extraordinaria, Oſaſc. Pe-
demont. deciſ.4.nu.20. Rip. de reſer.c.1.nu.21. & 22.
& 23.& in c.fi. vbi iuxta mentē reſcribentis reſcriptum
vires aſſumit, l.ex facto, ff.de vulg.& pup. facit Afflict.
deciſ. 366. nu.3. quia reſcripta iſta derogant viæ ordi-
nariæ,& ordinariæ iuriſdictioni, Iaſ.in l. ſerui electio-
ne, nu.18.de legat.1. Apoſtil.ad Put.de ſindic. in verb.
arbitrium, c.1. in princ. lit.a. Fely. & alij in c. Cano-
num de conſtitut.
109 † Quibus autem verbis liberum arbitrium detur
vide D.Menoch.de arb.iud.q.7.& Doct. in clem. ſæ-
pè,de verb.ſig. Scias tamen quòd verbum arbitrium in
telligitur de iuriſdictione, niſi ex circumſtantijs, &
alijs verbis appareat,quod ſonet liberam voluntatem,
Abb.in c.1. in 3.col.d.ſeq. poſſ. & fruc. quem ſequitur
Fely.in d.c.canonum ſtatuta, ſub nu.51. col.3.verſ. &
adde quod iſta clauſula de conſtitut. Aliquando enim
datur liberum arbitrium in procedendo tantum, quod
in dubio eſt intelligendum propter rationem aſſigna-
tam, de qua per Iaſ.in d.l. ſerui electione, nu.18. de le-
gat. 1. & per Doct. mox adduct. Aſin. pract. in princ.
110 † quia arbitrium datum in inquirendo, & proce-
dendo non intelligitur datum in ſententiando, iux. l.
qui procuratorem, ff.de procur. vbi Butrig. Fely. in c.
licet,in ver.ſummariè, nu.4.de iudic. Bar.in conſ.177.
dubia occurrentia, & ſtatim dicam, non obſtante eo
quod Caſtrenſ. dicit in l.ſi Prætor, ff.de offic. eius, vbi
vult quod Iudex talis eſſe debeat in iudicando, qualis
fuit in procedendo (ſed in l.qui procuratorem, contra-
rium tenet, ff. de procur.) Aſin. pract. Rubr. de mod,
proceden.nu.1. & D.Menoch. quæſt.37. vbi infert ad
multa, & q.38. tenet quod arbitrium datum in defi-
niendo & exequendo dicitur datum in cognoſcendo,
l.& ſi non cognitio,de re iud. Euerar. in loc. à conceſſ.
conſequenti, lit. C. & infra, & q.43. & arbitrium da-
tum in cognoſcendo operatur quod Iudex non aſtrin-
gitur ad obſeruantiam ordinis proceſſus per not. per
Bar.in l.filius, ff.de Donat. & Euerar. nos allegatus ait
quod arbitrium datum in condemnando, vtique in-
telligitur datum in abſoluendo, eſt materia l.nemo qui
111 condemnare de reg. iur. & in q.45. † ait, quod arbi-
trium datum ſuper cauſa principali in dubio datum
eſſe cenſetur etiam ſuper incidenti, emergenti, depen-
denti,

denti,annexis,& connexis,ne continentia cauſæ diuidantur,l.nulli;C.de iudic.& in l.1.& 2.ff.de quibus rebus ad eum iudicatur,Marāt.in 4.par.6.diſtinct.nu.15.
112 † Quid autem ſint incidens, emergens, dependens, annexum, & connexum, vltra ea quæ de teſtibus dixi in 5.par.ſub nu.132. cum ſeq. vide plura exempla, quæ ponunt Signorol.& Raphael Fulgoſ.in quodam Conſilio inſerto ante tractat.clauſ.Cæpol.& in materia noſtra Iudex prouidere debet ſuper incidenti rixarum, & brigarum,ac diſſenſionum ad Bart.in l.ſi quis ingenua, ff.de capt.& nedum debet coercere delicta patrata,in l. congruit,ff.de offic.Præſid.verum etiam cauere,ne fiat ſiue contra perſonam, ſiue contra res, l.cum ratio, de bo.damnat.§.ſed & maior. Inſtit. de ijs, qui ſunt ſui,& non ſufficit punire, & auertere ne fiant delicta, ſed expedit occaſionem auferre,vt in l.in fundo, §.penult. ff. de rei vend. & per ea quæ dicam in 2.par. num.254. Vnde, ſi quis eſt manu promptus ſolitus admenare, arma debent ei prohiberi,ſi eſt nimium rixoſus,aut ſcandaloſus debet reprimi,Clem.1.de offic.ord.cum ſimil. ſi habet aliquod inſtrumentum, vel ſcripturam falſam, vel viſibili vitio ſuſpectam de falſo, debet ordinari ne illa vtatur, quoniam in ciuilibus ſuſpicio falſi habetur pro falſitate, vt dicam in 4.parte, num.304. & 349. & alibi. Quæ ſunt notanda ſupremis Magiſtratibus, qui quandoque ſuæ authoritati, ſub vano prætextu derogant. Ratio verò cur arbitrium datum in procedendo non intelligitur datum in iudicando,ea eſt,quia in dubio duo ſpecialia nunquam conceſſa dicuntur, l. quæ dotis,de dot.præleg. l.mulieri, vbi gloſ. ff.de condit.& demonſtr.5.diſtinct.ad eius.Luc.de Pen.l.2.num.1.C. de naufr.num.11.Nam mandando quod extraordinariè procedatur, receditur à via ordinaria, cui per ſpeciale reſcriptum derogatur. Iaſ.in d.l.ſerui electione, numero 18.de legat.1. Aliud ſpeciale concurreret,quia in dubio præſumitur Principem velle vti poteſtate ordinaria in cæteris, ita ſing. dicit Innoc. in cap. innotuit, de elect.Felyn.in cap.cum inter,de except. D. Menoc.
113 de præſumpt.lib.2.præſum.17.† Sicuti liberum arbitrium datum in condemnando, & puniendo non intelligitur datum in procedendo, Bart.in l.ſi in lege,numero 1.& ibi add.ff.locat.& conduct. quo caſu iſte Iudex non poteſt terminos arctare,vt ibi. Aliquando arbitrium datur, & in procedendo, & in iudicando, & tunc talis debet eſſe Iudex in iudicando, qualis in procedendo, & ideò Iudex debet ſeruare metam, & limites ſuæ poteſtatis, alioquin factum non tenet, vt ſupra, & Iudex excedendo fines, tanquam priuatus facere dicitur, arg.l.fines, ff.de Procur. Hoc verum in illa parte tantum, in qua exceſſit, vt etiam tenet Baiar. ad Clar. q.64.verſ.Iudex num.111. quoniam exceſſus non operatur quidquam, ſed ad congruum modum reducetur exceſſus, arg.l.ſi qua pœna, ff. de verb.ſignific. & ad re-
114 ctos tramites ſuæ iuriſdictionis, †alioquin Iudici excedenti de facto, niſi facultatem habuerit, poterit reſiſti, D.Menoch.caſ.378. num.8. & latè dicam in 2. parte, immò excedendo etiam modum punitur, vt in caſ. 340.de arb.Iud. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. crim. in Rubr.de quæſt.num.75. & de exceſſibus Iudicum tradit Put.de ſyndic.in præfat.vbi æquè de exceſſibus Imperatorum, Regum, Principum, Baronum, Militum, Conſiliariorum, Aduocatorum, Iudicum, & Officia-
115 lium. † In dubio tamen non præſumitur quod Iudex exceſſerit,l.Herennius, §.Caia, ff.de euictio. & dicenti contrarium incumbit probare, Ang.in l.3. C.de adult. maximè quando proceditur ordine iuris ſeruato, ſecus quando non ſeruato ordine iuris proceſſit, quia pro iudice non præſumitur, Marſil.pract.§.ſecunda,num.81. ſublimita. niſi ex ordine Principis expreſſo talis modus procedendi extraordinariè datus ſit, arg. l.1. C. de mandat. Princ. Non omitto quoque,quòd ſi arbitrium datum ſit in caſibus nouis, intelligitur tantum de inſolitis, niſi pleniùs ſit declaratum, Bald. in l. fundum, §. frumentum, ff.de contrahen.empt. Ang.in l.1.ff.quod quiſque iur. vbi declarat quid ſit caſus nouus. Nec prætermitto aliud quod authoritas data diminuendi pœnam, an vtique intelligatur data augendi pœnam, & dicitur quod non, ſecundum Abb. in cap. tranſmiſſa, num.3.de verb.ſignific.qua de re ſemper aduertendum eſt ad authoritatem, quam habes in emendandis, & meliorandis ſententijs,ne erres.
Chriſtus reſpondit ; ſi eum volo manere donec veniã,
quid ad te,&c & plura ponit Ang. in l. Princeps de leg.
tamen non debet Princeps quidquam ordinare contra
iura naturalia gentium & ciuilia, Bald.in l. ſi aquã, C.
de ſer.& aqu. Laudenſ. de Princip.q.106. quod verum
170 eſt ſine cauſa ; immò † Princeps peccaret vtendo ple-
nitu-

nitudine poteſtatis ſine rationabili cauſa, Grammat.
171 vot.15.& vot.35.& fin. †Præterea Princeps non po-
teſt quidquam turpe, aut inhoneſtum concedere, quia
etſi ſit dominus legum, tamen non eſt dominus mo-
rum, Laudenſ.de crim.læſ.Maieſt.q.8.nu.2.text.in l.3.
de leg.immò licet ſit ſolutus legibus poſitiuis, tamen le
gibus viuere debet,l.digna vox,C.de leg. & ſecundum
Theologos Princeps tenetur actiuè ſeruare legẽ, quam
fecit,vt in l. Princeps, ff.eod.de leg. Laudenſ.d.tract. q.
54.alioquin peccaret, vt ait Decia. conſil.91. num.13.
vol.2. & DD.in l.cunctos populos, & in l. omnes po-
172 puli,ff.de iuſt.& iur.eamq; ob cauſam Princeps † nõ
poteſt tollere citationes reſpicientes reorum defenſio-
nes,quia ſunt de iure diuino, Vãt. vltra alios in ſuo tra-
cta.de nullit.an quælibet ſentent.& cap.3. nu.12.& 13.
Marſ.ſing.388.incip.defenſio.& in repet.l.1.C.de rapt.
virg.& latiùs in repet.l.de vnoquoque,de re iud. Affli-
ctus tamen in deciſ.283. & Doctores in c.ex parte, il 2.
de offic.deleg.dicunt,quòd prima citatio eſt de iure di-
uino,cæteræ quæ ſequuntur de iure poſitiuo; ſed reuera
prima citatio reſpicit cõſtitutum, & ſecunda defenſio-
nem, vtraque videtur de iure naturæ, & diuino, tertia
verò quæ fit ad audiendam ſententiam,fortè dici poteſt
de iure poſitiuo, vt in c.2.& 3.Gen. & in c. ſerpens, de
pœnit.diſt.1. Sat eſt quòd citatio omitti non poteſt,nec
diſſentit Afflict.deciſ.301.nu.6. non obſtante quacun-
que clauſula liberum arbitrium importante, D. Me-
noch. de arb. q.17. per tot. & cum clauſula de plenitu-
dine poteſtatis,vel ex certa ſcientia,Card.& Imol.in c.
ſi quando,de reſcr. vbi Felyn. ait,quod nõ obſtantibus
173 dictis clauſulis † ſi parendo Principi imminet ſcan-
dalum,poteſt ſuperſedere, & ſuperſedens laudabitur,
& de dictis duabus clauſulis idem importare dicit E-
uerar.in loc.cit. à plenitudine poteſt. verſ.ſeptimo, vbi
174 etiam de clauſula, † nulla iuris ſolemnitate ſeruata;
& quamuis concedatur, quòd manu Regia procedi
poſſit etiam in cauſis priuilegiatis, nihilominus cita-
tio requiritur quando (vt dixi) defenſionem reſpicit,
Bertazol.conſil.359. num.23. vol.2. Aſin.in ſua pract.
§.7.limit.36. num.4. & ſeq. vbi contraria in fin.conci-
liare videtur, & quoad condemnandum, Maſcard. de
probat. concluſ.1366. Nam quoad procedendum tan-
tum, vt plurimum, ſtante magna probationum diffi-
cultate,& delicti atrocitate, virtute Brachij Regij pro-
ceditur ſæpè per proceſſum informatiuum,prout idem
Princeps facere poteſt, Boſſ.tit.de princ.num.77. & in
tit.de indic.& conſi.an.tor. nu.142. Foller.pract.crim.
verſ.& ſi confitebuntur,nu.41. Burſat.d.cõſ.201.vol.2.
Vaſq.controuer.Illuſt.vir.c.31. nu.8. Verùm Princeps
ex iuſta cauſa poteſt omittere citationem, ne ſub præ-
textu iuris, & naturalis obſeruantiæ iniquum ſortiatur
effectum. Viui.op.710.nu.5. D.Menoch. de arb. q.17.
vbi loquitur de Iudice, & Gabriel.de iud.concluſio.1.
num.31. vi.in 2.par.ſub num.78. in propoſito ſanctifi-
candi Dies feſtos. Sed Decia.cõſil.18.num.284. vol.2.
inquit, Principem poſſe tollere modum, & horam ci-
tandi,non autem citationem ipſam, Afflict.ſuper con-
ſtit.Regn.in ver.inquiſitione,§.item dura, nu.3. lib.1.
175 quia † in ijs quæ ordinem non ſubſtantialem reſpi-
ciunt, Princeps poteſt prouidere, adimere, & ſupplere,
ſicut eſt modus citandi, Marant.de ord.iud.par.4. diſt.
9.& Vant.de nullita.ex defec.citat.nu.123.vbi licet pri
ma facie contrarium tenere videtur, nihilominus lo-
quitur de ordine ſubſtantiali, & non de inſubſtantiali,
& in tit.de nullit.ex defec.proceſſus, nu. 15. & ſeq. de-
176 clarat † ordinem duplicem eſſe, vnum de ſubſtantia,
& hic ſi peruertatur, vitiat: alterum de iuſtitia, & hic
non vitiat: & de ſubſtantia iudicij eſſe ait libellum, ci-
tationem, litis conteſtationem, iuramentum calum-
niæ, cauſæ examinationem,probationes, & ſententiã,
& alia de quibus per eum num. 17. 18. 19. & alijs ſeq.
177 † Sed de ordine iuſtitiæ ſecundum Hoſtienſem in
Sum.tit.de ſent.§.qualiter ſunt poſitiones, & reſpõſio-
nes teſtium,& inſtrumentorum, productiones, publi-
cationes,interlocutiones, renuntiationes, cõcluſiones,
& allegationes. Nihilominùs in materia Brachij no-
ſtri Regij ſic dici poſſet ex abundanti, quòd ordo ſub-
ſtantialis ſit Iudex, actor, & reus, vt in ijs tribus per-
ſonis iudicium conſtare dicit, Marant.in ſua pract.p.1.
num.4.quoad Iudicem non poteſt iuſdicere, niſi inter-
loquatur,condemnet, vel abſoluat; quoad actorem te-
netur querelare, & querelam proſequi, cuius loco ho-
die poteſt etiam ex officio procedi, vt dictum eſt. Sed
in hoc vnum eſt, quòd ſiue ad querelam, ſiue ad de-
nuntiam, vel ex officio procedatur, requiritur talis
qualis præambula delicti, & delinquentium ſcriptu-
ra, ſeu præfatio, quæ loco libelli, ſeu accuſæ ſuccedit.
Quoad reum debet examinari, & ſuis loco, & tempo-
re defenſio dari, vt in 3. par. dicetur, & ſi eſt abſens
citari, & in contumaciam condemnari. Et hæc adeò
ſunt de ſubſtantia,vt à nullo omitti poſſint. Cæterùm
quòd Princeps terminos abbreuiet, vel dilationem
non concedat, vel modum citandi, & defenſiones
non præbeat ante torturam reo, & alia quæ à iure po-
ſitiuo ſunt introducta, non eſt dubium, quòd ex cau-
ſa omittere poteſt in procedendo, ſed in condemnan-
do non poteſt indefenſum condemnare, vt infra di-
cam. Nam etſi proceſſit per proceſſum informatiuum,
tamen perfecto proceſſu offenſiuo, ſequitur proceſſus
defenſiuus, & in ijs duobus mandatis pendet omnis
178 diſputatio, † quoniam de ſubſtantia iudicij, & iu-
ſtitiæ ſunt proceſſus offenſiui, & defenſiui: modus
verò fabricandi hos proceſſus non eſt de ſubſtantia,
niſi quòd alter alterum ſequitur, primò informatiuus,
ſecundò defenſiuus, & hæc ex vera practica abſque al-
legationibus ſumuntur, ad quæ tamen vide Doctores
in l.prolatam,C.de ſent. Hoſt.in Summ.& Marant.in
l.2.3.& 4.par. & per tot. Doctores quos adducit Vant.
de nullit.ex defec.proceſſ.num.18. cum mult.ſequ. vbi
dicit, quod Doctores explicitè loquuntur, & ipſe ſe-
dem propriam non ſinit ſubſtantialibus iudicij, quo-
niam modò ait, modò negat, vt ibi eſt videre, & per
Aſin.in ſua pract. in Rubr. Spec.in tit.de iud. & in tit.
179 de ſentẽ.per totum. Rurſus quoad citationem † licet
in die feriata citatio non teneat, l. ex quacunque, ff. ſi
quis in ius voc.non ierit: tamen ſecus eſt quando pro-
ceditur authoritate Principis, qui etiam poteſt citare
in ferijs in honorem Dei,ſecundum Bar.in d.l.ex qua-
cunque,col.fin. Lanfranc.de Oria. in c. quoniam con-
tra.ver.citationes,in fin.de probat. c.veniens, de accuſ.
Et in materia ſtatutorum Fiuizani aduerte, quod dies
in quibus operatur à die Circumciſionis vſq; ad diem
Epiphaniæ, non intelliguntur feriati in honorem ho-
minum, ſed in honorem Dei, quia propter Natale
D.N.à Vigilia, vſque ad totum diem Epiphaniæ feriæ
in honorem Dei introductæ ſunt, & attẽditur id quod
principaliter fit, non quod in conſequentiam venit,
Auth.quomo.opp. Epiſc.in princ. Stat igitur firma con
cluſio,quòd non tenetur ſeruare Iudex noſter iuris po-
ſitiui ordinem, Bald.in proœm.ff.circ.princip. Verùm
180 non credas † reum indefenſum poſſe condemnari
etiam ſi ex aliqua vrgenti cauſa deuentum fuerit ad
torturam non datis prius defenſionibus, quia nulla
lex, nullus Doctor, nullus practicus hoc dicit, nec v-
libi contrarium ſeruatur, immò ſunt textus clari, &
aperti prohibentes neminem condemnari poſſe, niſi
dato termino ad ſe defendẽdum, vt in l.3. §.ſi ad diem,
ff.de re milit.text.cum gloſ. quem dicit eſſe ſingular.in
181 l. 1.ff.de fur.bal. † At ſi per proceſſum informatiuum
procedatur, hoc non fit ſemper, ſed quando atrocitas
delicti, & difficultas probationum, & mala qualitas
delinquentis hoc expoſcit, vt infra clarius demonſtra-
bitur, nec reus poteſt conqueri, nec alius, quòd Iudex
noſter illum indefenſum torſerit, quando antequam
torqueatur fit teſtium repetitio cum interrogatorijs
rei, vel ſaltem reo monito ad dandum interrogato-
ria, & ſæpè numero fit confrontatio teſtium cum
reo, de quorum repetitione, & confrontatione ſatis

dictum eſt,de teſt.in 5.par.num.200. & ſeq.& nu.206.
cum ſequ. & ſic tanquam præſens, & non ignarus ea-
rum, quæ contra ipſum exiſtunt, habetur, ac ſi citatus
eſſet, vltra quod monitio generalis deſeruit pro cita-
tione,quæ fieri ſolet immediatè facto conſtito, vid.ta-
men infra par.3. num. 119. & in hoc propoſito ſcias,
quod ſi Reus petierit teſtes contra eum pro informa-
tione Curiæ ſumptos, repeti cum ſuis interrogato-
rijs,quod demum (publicato proceſſu) non poterunt
à Reo repulſari, poſtquam videtur approbaſſe eorum
fidem cum dictis interrogatorijs, per reg. de qua in l.
Pomponius, ff. de negot. geſt. prout dixi in pract. de
teſt.num.215.par.4. vbi verum dixi quoad perſonam,
ſecus quo ad eorum dicta. Qua de re ſi datis interro-
gatorijs facta fuerit proteſtatio ſaluo iure opponendi
contra dicta teſtium, & contra perſonam, tunc bene
poterit vti dicta proteſtatione,vt dixi in d.prac.de teſt.
& latè per Baiar.ad Clar.in q.49. verſic.item ſcias, ſub
nu.32.33.34.35.36.37.38.& ſequ. Nec poteſt Princeps
182 † denegare iuſtitiam, cui competit actio, licet poſſit
tollere actiones,& manu Regia poteſt miniſtrare eam,
prout ante inuentas actiones, Anton. à Petr. de poteſt.
Princ.c.25.limit.6. nu.73. Item licet Princeps non te-
neatur ſeruare inſtantiam, Alexan.conſil.50.in 2.vol.
D.Menoch.q.8.nu.22.& eſt omnium ſententia,in d.l.
prolatam,C.de ſent.& in clem.ſępè,de verb.ſig.poſſit-
que Princeps abbreuiare omnes terminos,vt ibi: tamē
non poteſt adeò anguſtare illos, vt impoſſibile ſit tam
citò incumbentia facere, arg.l.quibus idem, ff.de ſtip.
& dixi de teſt.in 5.par. num.212. Sicuti nec in tàm ar-
cto carcere tenere reum tempore defenſionis, vt non
valeat ſe defendere, vt aliàs dicturus ſum.
183 † Hinc eſt,quod peſſimè fit, quando reus à Iudice
ſatagente renuntiari defenſionibus perſuadetur, quo-
niam defenſiones ſunt de iure naturali, cui derogari
non poteſt,Clem. Paſtoralis,§.fin.de re iud. Menoc.d.
q.7.nu.10.& q.84.nu.4. & Vital. tract.clauſul.num.1.
col.3. Et prædicta procedunt etiam in notorio delin-
quente, quamuis nullam competere defenſionem cer-
tum ſit,non obſtante clauſula cōſcientiæ tuæ commit-
timus, Boſſ.in tit.quib.mod.proced. in notorijs crimi-
184 nibus,nu.4.& 5.& infra dicam † in materia notorij,
in qua multa fieri poſſunt ſine ſolemnitatibus, quæ a-
lias fieri non poſſent, ſi factum non eſſet notorium,
Marſ.in pract.§.aggredior,à num.125.vſque ad fin.vel
niſi cum authoritate Brachij Regij procederetur. Por-
rò nullum crimen eſt adeò notorium, quod nō habeat
185 aliquam excuſationem, † tamen in crimine noto-
rio, & quando Iudex eſt omninò certus reo nullam
competere defenſionem, ſi reus ex ſe petat expediri, &
dicat nullas habere defenſiones, hoc in caſu poteſt ex-
pediri, maximè ſi eſt vir facinoroſus ſine ſcrupulo ſta-
tim,vt in l.ſi quis filio, ver. niſi fortè, ff. de iniuſt.rupt.
teſta.l.prouinciarum,C.de fer.præſertim à Iudice libe-
rum arbitrium habente, vel quando hac proteſtatione
non obſtante immineret periculum ſcandali, vtique
expediri poſſet,l.non eſt ſingularis,ff.de re iud.& infra
dicam in materia ſcandali vitandi,in 4.par.
186 † Et formam defenſionum de iure poſitiuo intro-
ductam Princeps tollere poteſt, ſed nunquam defen-
ſionem,Cartar.tract.de execut.ſent. cap.Bamn. vbi de
communi teſtatur, c.3. nu.34. ſequitur Farinac. de in-
dic.& tor.q.29.nu.26.Quando autem poſſit renuntia-
ri defenſionibus, & de eius practica vide in tract. clau-
187 ſul.Vital. †vbi tractat,an defenſionibus poſſit renun-
tiari, & dicit, quòd defenſionibus de præſenti renun-
tiari non poteſt, per l. tale pactum, ff. de pact. vbi pro-
pria ſedes,niſi conſtet nullam competere defenſionem,
ſi ſumus in dubio renuntiatio tenet, l.1. §.ſi quis vltro,
ff. de quæſt. Eſt verum, quòd poteſt reuocari renuntia-
tio,per gl.l.1.de fur.balne.vi.quæ ſcripſi, de teſt.ſub nu.
72.par.3. Poſtremò ſcias quod ordo procedendi Curia-
rum ſecularium etiam ſeruari debet contra Clericos li-
tigantes,coram Iudice ſeculari,not.gloſ.in c.quod Cle-
ricis,de foro compet. Nam quo ad ordinem proceden-
di attenditur ſtylus illius tribunalis,l.3.§.fin.ff.de teſta.
Bar.in l.1. C.de Summa Trinit.& Fide Cathol.Cum.
conſil.139.Caball. Milleloq.614.
188 † Item Princeps quemquam damnare nequit, niſi
prius conſtet de delicto,Caſo.de tor.c.1.Clar.§.fin.q.4.
Farinac.q.crim.qu.2.vbi latè, & Marſil.in ſua pract.§.
poſtquam,& hæc eſt omnium theoricorum, & practi-
cantium communis concluſio,& obſeruantia. Et quia
quædam ſunt delicta facti tranſeuntis, de quibus nul-
la remanere ſolent veſtigia,vt delicta carnalia,blaſphe-
mia, furta ſine fractura, & percuſſiones ſine liuore, &
tumore,& ijs ſimilia,vel illa delicta,quæ conſiſtunt in
prauitate animi, vt hæreſis, prout plenè explicantur à
189 Clar.d.quæſt.4. hoc † in caſu ſtatim porrecta querela
procedi poteſt ad capturam iuxta terminos, de quibus
in 2.par. dicam, & ſine mora ſumendæ ſunt informa-
tiones; de alijs verò delictis, quæ ſunt facti permanen-
tis, vt incendium, homicidium, inciſiones arborum,
vel ſegetum, vulnera, & ijs ſimilia, oportet vt ante
omnia conſtet de corpore delicti, poteſt enim con-
ſtare de delicto per teſtes, etiam in ijs, in quibus veſti-
gia nequaquam remanent, vt dixi de teſt. p.2. nu. 104.
& 107.par.3.nu.155.& per Maſcar.de probat.concluſ.
488.volum.1. Sed non poteſt conſtare de corpore deli-
cti, niſi in proximis delictorum exemplis, vt infra di-
190 cetur. Et hic aduertendum in † practica, quòd de-
licti corpus debet oculis ſubijci, & in actis curiæ ex-
pedit omnia ſcribere, & etiam exhumari cadauer, ſi
ante viſitationem ſepultum fuerit, Farinac. alios alle-
gans,tit.de inquiſitione, q.2. nu.5. item omnia vulne-
ra deſcribantur,& indumenta offenſi,& quo genere ar-
morum, ſi cæſim, aut punctim, & in qua parte corpo-
ris; item quando viſitaretur nemus, ſeu viridarium, in
quibus arbores fuere inciſæ, deſcribantur qualitates,
quantitas, craſſitudo, & omnia, an nouellæ, vel ve-
teres extiterint, nunquid cœduæ, vel non, aut fructi-
feræ; ſimiliter ſcribantur fracturæ hoſtij, vel feneſtra-
rum, arcæ, & huiuſmodi, & ſic omnia iuxta genus
delictorum qualiter, quantum, & quando, vbi, & à
191 quibus ſi fieri poteſt. † Si autem non reperitur cor-
pus illius, qui dicitur occiſus, vel vulneratus, tunc per
informationes poterit taliter Iudici conſtare, vt etiam
ad torturam deueniri poſſit, Clar. quæſt.64. verſic.de-
bet autem,Grammat.vol.2.& per famam conſtare di-
cetur de delicto,Maſcard.de probat.concluſ.354.num.
45.Gabriel.de delict.concluſio.17.Farinac.d.q.2.nu.6.
Et quid ſi aliquis dicat interfeciſſe hominem, vel ſit
publica vox, & fama, & non reperiatur Cadauer,
tunc debet Iudex perquirere à notis,& vicinis,cuius ſit
inueſtigando cauſam, & perſonas. Anton. Scap. tra-
192 cta.iur. non ſcript. lib.5. cap.3. † Et ſi reus confitetur
præcedentibus indicijs (adhuc non conſtito de deli-
cto) poterit puniri. Clar. quæſtio. 55. verſic. poteſt
etiam, & verſic. quomodo autem, col. 2. ibi benè ve-
rum eſt, præcipuè contra aſſaſſinos, & famoſos latro-
nes, Caſſa. in Conſuetud. Burgund. Rubr. de Iuſti-
ties, §. 5. verſic. 7. in addit. circ. fin. Et ex his colligi-
193 tur, † quòd de delicto conſtare debet triplici de cau-
ſa ad triplicem effectum: primò ad inquirendum, &
ſufficit querela; ſecundò ad torturam, & ſufficiunt te-
ſtes; tertiò ad condemnandum, & debet conſtare de
corpore delicti,ſi fieri poteſt. Verùm ſufficit quando-
que conſtare de delicto, & quomodocunque ſi Gandi-
no credimus,in tit.de præſumptionibus,verſ.aliud etiā
nota dignum, vbi dicit per teſtes, vel aliud inditium,
vel per euidentiam facti probatur, quod quis delique-
rit, & verum dicit. Sed ad hoc vt de corpore delicti
194 conſtet, expedit videre corpus, vt prædixi, † & ſi non
poterit per euidentiam conſtare, tunc adhibitis prius
diligentijs per teſtes ſat erit. Vnde dicimus, aliud eſſe
conſtare, quòd delictum fuerit commiſſum, puta à
Petro. aliud eſſe conſtare de corpore damnum paſſi à
Petro,& hoc eſt quod innuere videtur Clar.d.quæſt.4.

vbi ait, aliud eſt conſtare de delicto, aliud eſt conſtare delictum fuiſſe commiſſum. Nec ſufficit conſtare
195 de delicto, † ſed neceſſe eſt habere indicia, antequam reus condemnetur, Grammat. vot. 32. num. 9. vbi dicit Principem non poſſe torqueri facere reum ſine indicijs, de quibus in 3. par. latè tractabitur, facit Rolan. à Valle, conſil. 12. num. 32. vol. 3. Plot. in l. ſi quando, num. 635. & ſeq. C. vnde vi. Maſcard. pract. §. 2. quæſt. num. 6. Caſon. de torm. c. 5. nu. 6. Quod eſt notandum contra illos Iudices, qui ſub prætextu baliæ torquêt inculpatos abſq; indicijs, ſed duntaxat ad ſolam querelã, & miſeri illaqueant animam ad gehẽnam, & fortè in-
196 cipiunt in hoc mundo luere pœnas. Et in † propoſito indagationis corporis delicti, ſeu eius in quem delictum ſequutum eſt, deſcribendus locus in quo cadauer repertum eſt cum ſuis cõfinibus, Columba. in for. proced. extraord. in cõtrouer. capital. cap. 23. Scacc. de cauſ. ciuil. crim. & hæret. c. 83. nu. 12. de Iud. item quomodo ſepultum manet, quia certioratus Mantuæ fui de quodam interfecto homine reperto in præſepio, & ſepulto adhuc viuo, vt ex coniecturis apparet, cum (vt relatum eſt) fouea eſſet ſatis longa, & tamen cadauer repertum fuerit ſtare rectum, ſed genibus flexis, ſeu curuis, ac ſi ſedere videretur ſub pedibus, cum vna manu, & brachio recto verſus caput, alio brachio verſus genua, & in ventriculo foramen latum baculo factum, quod iudicatum fuit tunc temporis ſceleſtiſſimè, quando illum miſerrimum terra cooperiebant intus foueam, adhuc viuum fuiſſe factum, & facinoroſi aſſaſſini cum baculo illum impulere, caſus quippe horrendus, & ſic reperto cadauere eo modo fuit indicium atrocioris delicti: ſed vnus ex dictis aſſaſſinis coram me ductus, & pluries tortus, tandem faſſus eſt delictum; & luit pœnas, vide Farinac. dict. quæſtio. 2. per tot. & Scacc. d. cap. 83. num. 3. cum plur. ſeq. vbi videtur non ſatis eſſe conſtare de delicto, niſi perquiratur etiam an ſceleratè factum ſit, & dat plura exempla
197 Boſſ. in tit. de delict. num. 3. † Rurſus ſi occiſus reperiatur, ſed ignoretur qui ſit homo ille, & de qua Patria, ſolet cadauer exponi in publicis plateis ad effectum, vt recognoſcatur, nec refert ſi nomẽ ignoretur, quia nihilominus reperto delinquente puniri poteſt, Clar. vbi ſupra, q. 4. ver. quando verò, col. 2. Ant. Columba. pract. proceden. extraord. ar. 41. tex. in l. ſtigmate, C. de fabricen. lib. 11. Vnde dicitur, herus per aſinum cognoſcitur, text. in l. cum diuerſis, ff. de relig. & ſumpt. fun. vbi iuriſdictio illa præualet verſus quam occiſus faciê vertit, & vbi eſt caput, ibi præſumitur fuiſſe patratum delictum, per dicta iura, & per Felyn. in cap. ſignificaſti, il 2. de Homicid. Blan. de indic. numero 188. cum ſeq. Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. in Rubr. de quæſt. numero 12. Bart. in l. ſtigmate, per illum textum, C. de fabricen. lib. 10. vbi Luc. de Pen. & de Delicto cepto in vno loco, & conſumato in alio, & in exoneratione ſclopi contingit inter duos confines. vid. Decia. de Delict. Tom. 1. lib. 4. cap. 17. vbi infert ad multa, & ex d. tex. ſtigmate, deducitur quod vbi Papa, ibi Romana Curia, vt cap. 2. de priuileg. in 6. & Cano. cap. ego N. Gl. Apoſtolorum, de iure iuran. hic quoque dicitur quod data poſſeſſione maioris Caſtri, intelligitur data de omnibus alijs in dicta iuriſdictione: ſic adepta poſſeſſione per Epiſcopum Eccleſiæ Cathedralis, vtique intelligitur adepta de alijs Eccleſijs ſub ſua Diœceſi, ratione prædicta, quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum, per Iacob. de Bellouiſ. in ſua pract. d. tit. de fug. Reorum, & in tit. de quæſtio. ſub num. 120. & 121.
198 † Quinimmò etiam ſi Iudex erraret in nomine delinquentis, nihilominùs poterit procedere conſtito corpore, & de cæteris qualitatibus, Marſil. pract. in princ. poſt num. 17. Natt. conſil. 442. vol. 2. Farinac. d. quæſ. 2. num. 28. & ita ſeruatur; & de corpore delicti in furto, & in eo qui ſuffocatus repertus eſt, an caſu, vel dolo contigerit, vide eund. Farinac. num. 14. cum ſeq. & numero 29. vbi excitat ſigna, & indicia.

199 † Præterea poterit etiam de delicto conſtare per ſententiam condemnatoriam latam ab alio Iudice ſub diuerſo præcipuè, Boer. deciſio. 164. num. 10. Clar. quæſt. 54. verſic. ſed pone, & de conſuetudine ſeruatur contra Bannitos.
200 † Item de delicto poteſt conſtare ex præſumptionibus, & coniecturis, præſertim quando agitur de ſalute animæ, & id tutiùs fit, vt per D. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. num. 40 Farinac. d. q. 2. nu. 12. vbi in occultis, & difficilis probationis non dubitatur.
201 † Sanè delicta quæ domi, noctu, & in occulto fiunt ſine teſtibus etiam præſumptionibus probantur, Menoch. præſumpt. 9. num. 28. & 58. lib. 1. Foller. pract. crim. in ver. capiat informationem, per tot. illum verſic. D. Farinac. in ſuo pulchro tract. de teſt. q. 62. nu. 33. & ipſe latiùs dicam in 4. par. num. 98. & ſeq. & in 3. p. nu. 266. & Clar. qui exemplificat circa atrocitatem delicti patrati ad præſentiam Summi Pontificis, in §. 1. verſic. ſunt ibi quinimmò, & in propoſ. in 2. p. nu. 111. cum plur. ſeq. & Boſſ. in tit. de iniur. recenſet nu. 5. quędam exempla illorum, qui diuerſa pęnarum genera paſſi ſunt, delinquendo coram Principe. Si Delictum nocturno tempore factum fuerit, vid. l. 1. §. occiſorum, ad Syllan. & Boer. Deciſio. 254. num. 17. & præparamentis noctis tempore, vt de ſcalis pro delinquendo, vi. Caball. caſ. crim. 97.
202 † Vlterius ſi delictum committeretur coram Principe, & eo vidente, propter præſentiam Principis, dicitur notoriè de delicto conſtare, & quamuis delictum in ſe atrox non erat, tamen reſpectu perſonæ Principis appellatur delictum grauiſſimum, Blanc. de indic. num. 200. & Farinac. tit. de inquiſitio. quæſt. 18. nu. 63. cum ſequ. vbi ponit qualitates delictum aggrauantes, de quibus in hac parte tractabitur, DD. in l. aut facta, §. pęna grauior, ff. de pęn. Bart. in l. denuntiaſſe, §. quid tamen, & ibi Salyc. ff. de adult.
203 † Similiter delictum dicitur notorium, quando fit ante palatium Principis vbi reſidet, ſed non punitur ea grauitate pęnæ, ſicut quando fit in eius præſentia de iure communi, minuſque grauiter puniretur, quando delictum fieret in alio Principis palatio, in quo non reſidet, ſimiliter quando delictum fit coram maiore parte cohortis Principis, Farinac. de delic. & pęn. q. 21. & Boſſ. in tit. quib. mod. proc. in notor. num. 3.
204 † Dicitur etiam notorium delictum, quando fit coram Iudice pro Tribunali ſedente, quo caſu poſſet ſine alijs indicijs delinquens condemnari, dato prius aliquo breui termino ad faciendum ſuas defenſiones, Bartol. in l. iubemus, C. de probat. DD. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præſ. Corſet. ſing. in ver. delictum, Carer. pract. in l. obſeruare, num. 28. & 33. & num. 41. de homic. Gand. tit. quomodo de malefic. cognoſc. quan. delictum eſt notorium, nu. 9. Clar. §. fin. q. 8. ver. fin. & q. 66. ver. ſcias, Alex. conſ. 65. habita. vol. 1. Boſſ. in tit. de indic. & cõſid. an. tor. nu. 142. & Farinac. d. q. 21. n. 158. vbi tutiùs erit ſumere informationes, ne in ſyndicatu Iudex teneatur, & nu. 162. dicit idem eſſe ſi fiat delictũ coram Iudice non ſedente pro tribunali, ſed aliquem actum iuſtitiæ faciente, & de hac re per Foller. in ſua pract. in verb. itê quod eſt notorius delinquens, nu. 29.
205 † Sed quid ſi notorius delinquens in defenſionibus adducat exceptiones friuolas, quæ non iuuant? Iſtæ non ſunt audiendæ, ſed moneri debet, & interrogari, an habeat alias defenſiones, & reſpondendo quod non, poterit condemnari ſtatim, l. 4. §. condemnatum, de re iud. ſed Gandinus in tit. de denuntiat. nu-
206 mero 5. ait, † quòd in notorio crimine non requiritur accuſator, ſeu denuntiator, libellus, vel litis conteſtatio non iuratur de calumnia, vel de veritate dicenda, nec requiruntur teſtes, nec aliqua probatio, immo in notorio ordo eſt ordinem non ſeruare, ſed etiam in practica tutiùs erit ſtatim mandare, quòd Notarius ſit rogatus de delicto facto coram Iudice, & de eius qualitatibus omnia extenſè ſcribendo (Iudice dictante)

in præſentia aſtantium in iſto caſu notorio, & eis au-
dientibus, & antequam à conſpectu Iudicis recedant,
omnia quæ ſcripta ſunt, perlegere, & Notarius dicat
vos teſtes, & ego rogatus, & ita Iudex faciendo non
errabit, neque poſtea in ſyndicatu timebit; ſic reiectis
friuolis exceptionibus reum præſentem (vti notorium
delinquentem) condemnabit, Marſil. pract. in §. vlti-
207 ma, numero 30. nec reo negare prodeſſet, quia † no-
torium nulla tergiuerſatione cælari poteſt, Salyc. in l.
ea quidem, C. de accuſa. idem Marſil. in §. ſecunda quę-
ſtio, num. 42. 43. & 44. Nihilominus debet præcedere
talis qualis terminus defenſionis, quoniam nullum eſt
maleficium tam notorium, quod non poſſit habere
aliquas excuſationes, qualitates, & circumſtantias oc-
cultas excuſantes delinquentem, vt per Hoſt. & alios
adduc. à Farinac. d. q. 21. nu. 50. in tract. de notorio. nu.
70. Hiero. Turet. inter conſ. Ant. de Butr. conſ. fin. nu.
37. Curt. Sen. conſ. 21. nu. 13. Rot. Flor. deciſ. 47. nu. 22.
208 Nam † etſi Deo notum eſſet peccatũ Adæ, & Cain,
tamen Dominus omnipotens vocauit eos, vt ſe defen-
dere poſſent, dixitq; ad Adam, Adam vbi es? id eſt, cur
peccaſti? Gen. c. 3. quo audito, & friuola exceptione re-
iecta (quandoquidem nitebatur Adam culpam ſuam
209 reijcere in perſuaſionem Euæ) † Dominus Deus pro-
tulit ſententiam in eum, quæ emanauit in omnes po-
ſteros, ſicut & peccatum ipſius in omnes tranſmiſſum
eſt, (& originale dicitur) Apoſtol. ad Rom. c. 5. inquiẽs,
In ſudore vultus tui veſceris pane tuo; deinde ad mu-
lierem, quæ culpam retorquebat in ſerpentem, protu-
210 lit aliam ſententiam: In dolore paries: † ſerpenti verò
non fuere datæ defenſiones, licet Rota deciſ. 364. cum
iura, & deciſio. 201. in cauſa dicat, quòd defenſio etiam
Diabolo danda eſſet, ſi foret in iudicio, tamen Diabo-
lus non erat, nec erit capax amplius defenſionis, &
ideò etiam redimi non debuit ſecundum Sanctum Au
guſtinum, & Damaſcenum, quia nullo ſuggerente pec-
cauit, ſed primi parentes ab eo fuere decepti, & ſubor-
211 nati, cùm eis dixerit, Eritis ſicut Dij, Gen. 3. † Itẽ, quia
Angelus non eſt ſuſceptibilis pœnitentiæ, nec proinde
venia dignus, ſicut homo, quia natura ſpiritualis ſemel
tantum vertibilis eſt; porrò Angeli boni fuere in gra-
tia confirmati in æternum, & Angeli mali ad ignem
æternum condemnati, quorum tantum eſt deſperan-
da ſalus. Sanct. Auguſt. ſuper Pſalm. 52. Propterea quòd
Diabolus in tam grauem noxam Adamum induxit, &
tam grauem labem in genus humanum inuexit, quale
eſt peccatum originale, Dominus protulit aliam ſen-
tentiam contra ſerpentem, dicens ſupra pectus tuum
212 gradieris, Geneſ. cap. 3. † & ſic Adam ad ſudorem,
& Eua ad dolorem condemnati fuere, & ſerpenti fue-
re tunc cæſa, & obtruncata crura, cap. Deus omnipo-
tens, 2. q. 1. facit text. in l. & ſi non defendantur, ff. de
pœn. & de Cain legitur etiam Geneſ. cap. 4. quem poſt
fratricidium vocauit Deus dicens, Cain, vbi eſt Abel
frater tuus? at ille temerè reſpondit; nunquid ego ſum
cuſtos fratris mei? & de hoc etiam meminit Luc. de
Penna, in Rubr. C. de cuſtoditor. & itiner. lib. 12. qua
excuſatione tanquam friuola, & impertinenti reiecta
213 † Dominus cõdemnauit Cain ob deſperationem ad
exilium perpetuum, ſeu pœnas æternas, d. cap. 4.
Nunc redeundo ad delinquentem notorium coram
Iudice ſedente ſi capi non poterit, vt mihi euenit, dum
Prætor eram in Ciuitate Dertonæ, cùm quidam Pro-
curator, qui cuidam perſonæ inſigni alapam dederat,
214 aufugit, quo caſu fuit peremptoriè citatus, † & hæc
citatio peremptoria eſt de iure, quando notoriè delin-
quens non eſt in poteſtate Curiæ, cap. tua nos, cum a-
lijs, iur. extra, de conſanguin. & affinit. Abb. in cap. de
illo, num. 4. tit. de eo qui cogno. conſang. Foller. in ſua
pract. in ver. Item quod eſt notorius delinquẽs, nu. 27.
Grammat. tamen deciſ. 105. videtur tenere quod in no
torio delinquẽte nõ requiritur citatio peremptoria, nec
ſententia per tex. in c. cum ceſſante, de appellat. ſed hoc
quando delinquens eſt in poteſtate Curiæ, & abſens.
Immò etiam ſi teſtis ſit abſens, tenet Vant. ex defec. cit.
num. 20. vbi multos allegat, quod locum haberet cum
certum foret, & notorium, nullam ei competere defen
ſionem, nihilominus tutior via erit citare illum. Et ad
ſupradicta ſcias, quod ſtatutum puniens ſimpliciter
delictum, non comprehendit factum, cui ſit qualitas
admixta illud aggrauans delictum, l. ſi quis viduam, C.
de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu, C. de rapt. virg.
plura in prop. adducit Caſtrenſ. conſil. 136. nu. 4. vol. 2.
& quia appellatione ſimplicis, non venit ſimplex qua-
lificatum, Abb. in Rubr. de vita, & honeſtate Cler. Ca-
ball. Milleloq. 254. num. 4. p. 1.
215 † Et poſtquam ſumus in materia notorij delin-
quentis, ſimilis eſt tractatio de capto in flagranti cri-
mine, videlicet quando quis vulnerando, vel occiden-
do, vel aliter in facto capitur à Berouarijs, vel ab alijs,
vel quando reperti ſunt portantes arma prohibita, vel
vt Doctores exemplificant, quando fures furantes
vuas, & fructus, cum dicto furto reperti capiuntur,
quia hoc modo dicuntur capti in flagranti crimine,
ſecundum Angel. in l. ictus fuſtium, col. 1. ff. de ijs, qui
not. infam. vbi ait, quòd furantes vuas ſtatim cum vuis
ducuntur abſque ſententia, vel alia declaratione per Ci
uitatem, mandaturque pœna executioni ſecundum
216 ſtatuta locorum, † quia in ijs leuibus delictis credi-
tur Berouarijs, & alijs publicis executoribus, Bart. in l.
Prætor ait, verſ. ſed quid debet, ff. de dam. infec. quam-
uis hoc ſit verum in pertinentibus tantum ad eorum
officium, Grammat. conſ. crim. 53. nu. 13. Rui. cõſ. 59.
Bertaz. conſ. 80. nu. 3. & Boſſ. in tit. de denuntiat. nu. 10.
ait, Contra captos in fragranti crimine illis creditur ad
condemnandum, niſi ſe defendant, in grauibus autem
faciunt inditium ad torturam, quando veritas ab alijs
ſciri non poteſt, Clar. §. fin. q. 8. Franc. Deciſ. 379. Boer.
Deciſ. 84. Maſcar. de probat. concluſ. 189. Paul. Granut.
Theorema. 19. lib. 1. vbi quãdo agitur de eorum lucro.
Alc. de præſum. reg. 3. præſ. 24. nu. 6. tamen ob difficul-
tatem probationum arbitrarium eſt Iudici credere ijs
Berouarijs, & vid. Menoc. in No. Add. ad Caſ. 394. de
arbit. circa inuentum, & non captum. Plac. epit. De-
lict. cap. 8. nu. 19. Decia. de Delict. lib. 8. cap. 4. tom. 2.
& Afflict. in vſib. feu. de pac. tenen. cap. ſi ruſticus, vbi
an ei liceat ſaltem in Domo retinere arma, & vi. infra.
217 † Verùm conſulo Iudicibus pro cautela, vt faciant
prius conſtare in actis de relatione, & executione pœ-
næ ſecuta Berouarij relatione; pariter faciant appare-
re penès acta qualiter de ordine D. Iudicis contra ta-
lem repertum in flagranti crimine mandata executio-
ni eſt pœna ſolita: Scacc. tract. cauſ. ciuil. crim. & hæ-
ret. cap. 78. & ſeq. fol. 133. Sic contra repertos cum ar-
mis datur executio, Angel. conſil. 343. in cauſa, col. fin.
& Decia. d. tract. crim. cap. 1. 2. & 3. tit. de armis, tom. 2.
Carer. pract. ver. itemque coram, & numero 30. & Fol
ler. in ver. item quod fuit captus, plura adducit Bona-
coſſ. in ſua q. crim. in ver. arma, Alex. 275. viſ. thema-
te, vol. 7. Nota tamen quod tria requiruntur ad hoc vt
ſtatutum de repertis cum armis locum habeat, primò
quod cum armis ſit inuentus, ſecundò quod ſit captus,
tertiò quod ſit ductus in carceribus, & quartò quod in-
tus ſit clauſus, per tex. l. ſi Barſatoram, vbi gl. Bart. Butr.
& alij, C. de fideiuſſ. ad quod vide nouiſſimè D. Me-
noch. add. ad caſ. 193. vbi diſtinguit: & in ſumma verba
ſtatuti ſunt attendenda: nam quandoque punit repertũ
tantum, quandoq; repertum, & captum, quandoq; ca-
ptum tantum, & hoc in caſu procedit tex. d. l. ſi Barſa-
toram, & quod dictum eſt de repertis cum armis, intel-
lige de ludentibus ludo prohibito, l. illud, ad leg. A-
218 quil. † & de illo qui ignorãter accommodauit arma,
loquitur Plac. epit. delict. lib. 1. c. 16. nu. 14. vbi inuehi-
tur contra Iudices, qui moleſtare non deberent arma
mutuantes ignoranter, quamuis cum eis delictum fa-
ctum fuerit; ſed hoc eſt arbitrarium Iudici circum-
ſcriptis ſtatutis, & proclamationibus, qui attenta qua-
litate perſonæ arma commodantis poterit procedere,
& non

& non procedere, Maſcard. de probat. in ver. Berouarij, concluſ.889. & Strac.tract.de Decoct. 2. p. vlt.par. num.9. Et quid de illo qui Domum ignoranter accommodauit, in qua tractatum factum fuit de occidendo aliquem, & deinde iuxta tractatum homicidium ſecutum fuit. ſi is fuit ignorans excuſabitur à pœna homicidij, & ſi non erat ſolitus accommodare Domum, puta pro conuerſatione, & Ludo. (quamuis ignorauerit tractatum) nihilominus teneretur pœna extraordinaria, mitius enim punitur ille, in cuius domo aliquid fit eo patiente, quam ipſe delinquens. Mar.conſil. 39. num.51. quoniam ſcire debebat quod conuenticulæ ſunt de iure prohibitæ, Boſſ. de vnio. & conuenticul. per tot. Maſcard.de probation. Concluſio.450. eſt text.in l.3.C.de Summa Trinitate, & Fide Catholica, & tenebatur perquirere, vti prudens paterfamilias quid agebatur, & ad quid Domum ſuam accommodaſſet. alioquin culpa non carebit, l. qui cum alio contrahit, de regul.iur.& l.qui non facit, eodem tit.ad quod vid. Bero. conſil.192. vol.3. Nec excuſaretur ob neceſſitatem, ſi ſcienter Domum accommodaſſet ad malum. ſicuti de Adulterio loquitur, Menoch.conſil.31. num. 30. & 32. vol.1. quamuis furari potius, neceſſitas permittit, cap.ſi quis propter neceſſitatem, de fur. vbi Glo. nam toleratur quod quis pro victu vnius diei furari poſſit cogente neceſſitate, & eſt damnum leuiſſimum, & reparabile, ſed Adulterari, & occidi, & occidendi cauſa Domum accommodare ex l. nimis graue, & inter atrociſſimos crimina connumeratur, vt ſupra in verb. Aſſaſſinium, & non poteſt reparari, arg.l.non dubium, C.de leg. Hinc infertur ad eum, qui illum ad locum, qui tamquam ouis ad occiſionem ductus occiſus fuit, nam ſi explorator fuit, vel ſciens vti macellarius tenetur eadem pęna. Grat.conſil.52.vol.2. Similiter qui ſciens mutuauit pecuniam pro armis emendis, aut ſcalis, vel ferris, ſeu alijs Inſtrumentis aptis ad patrandum delictum, quod poſtea dictis armis, vel dictis inſtrumentis ſecutum eſt, vt per Iacob. Nouell. in eius pract.crim. in ver. Indicia, ſub num.67. cum plur.ſeq. Similiter de illo Curſore, Tabellario, vel huiuſmodi, qui ſciẽter clauem accommodauit vecturino, vel portatori literarum, vt valiſiam aperiret, & ex ea extraheret literas ſigillatas alteri oſtendendas. Nam pariter tenetur pęna falſi, & tenetur eadem pęna iniuriarum, vid.Baiard.add.ad Clar. in §. Falſum, vbi plura ſingularia, num.205. cum plur.ſeq. & ſi aufert pecuniam, vt inuolucrum ſcutorum, & aliarum rerum quas hinc, & hinc Curſores, & Tabellarij ſolent cum mercede afferri, tenetur pęna furti, ac ſi ipſi abſtuliſſent, per l.contractus, de reg.iur.& l.1.§.ſi qui depoſita, ff.de falſ. Bart.in l.Titio, ff.ad municip.& in Mulione, vid. Caroc.locat. & conduct.tit.de Dol.& culp.num.15. nunc redeamus ad rem noſtram, circa puniendum repertum cum armis, vel arma accommodantem ignoranter.

219 † Sed caueant iudices ordinarij, qui non habent liberum arbitrium, ab huiuſmodi repentinis executionibus, quia tenerentur in ſyndicatu, ſi non eſſet eis ta-
220 lis conceſſa facultas. † Nam mandare vt ſtatim contra reos captos in flagranti crimine pœna executioni mandetur ſine alia ſententia hoc ſpectat ad maiores magiſtratus, & ad alios ſuperiores Iudices, qui æquiparantur præfecto Prætorio, Bart.in l.1. C. vt quæ deſ. Aduoc. qui præfectus eſt omnium excellentior, ſecundum Azo. in ſum. C.de offic.præfect. Præt. num.4. ſic poſſunt appellari illi, de quibus ſuprà locutus ſum ſub 3.& 4. præmiſſ.

221 † Et poſſunt ſupremi Iudices iudicare de ijs, quæ vident quando (vt dixi) ſunt in actu exercendi actus iudiciarios, & non in comædijs, tripudijs & choreis, vt cõtra iſtos eſt tex.in l.nemo iudicium, C. de ſpectaculis, per quem textum Iudices prohibentur accedere cum equis currilibus ad ſpectacula publica, multò minus currere debent, quia ad eorum curam non ſpectat, vt in l.1.C.de profeſ.&c.lib.12. vi in 5.par. ſub nume.29. & Iudices ſupremi multa poſſunt, quæ ſunt prohibita Iudicibus ordinarijs liberum arbitrium non habentibus cum mero & mixto imperio, ac gladij poteſtate, vt in 4.præmiſſo.

222 † Ideò non obſtante, quòd quis ſit captus in flagranti crimine, debent aſſumere informationes, quando delictum eſt graue, quod ad ſupremos Iudices etiam ſpectat, & datis defenſionibus uenire ad ſententiam, & Boſſ.in tit.de renunciatio. num.10. ait, quòd in grauibus delictis Berouarij faciunt tantùm indicium ad torquendum, & Farinac.quæſt.21. num 157.de delict. & pœn.limitat, quando alij teſtes haberi non poſſunt, & ibidem loquitur de capto in flagranti crimine, niſi duo obſtent, primò quòd rei, qui capti ſunt reperti in flagranti, adhuc rem furatam penes ſe habeant, quando ducti ſunt coram Iudice à Berouarijs, quia re conuincti dicuntur: ſecundò quando relatione facta ab illis ſatellitibus, reus confitebitur ſtatim Iudici delictum, præſente Notario actuario, qui omnia ſcribere debet, tunc ſine alijs informationibus puniri poſſunt.

223 Et notandum, † quòd non licet Berouarijs verberare reſiſtentem, nec percutere, vel angariare illum, niſi duo pariter concurrant, primò mandatum Iudicis, l.prohibitum, C. de iur. fiſc. Luc. de Penna, ibidem lib.10. Secundo, quòd capiendus facto, & non verbis tantum reſiſtat, & etiam niſi ipſi Berouarij vim facerent, ſi difficilis eſſet captura, Put. de ſyndic. in verb. reſiſtentia, cap.1. Mille pract. crim. fol.50. Grammat. deciſ.41. circa fin. Sed in grauibus delictis etiam ijs duobus concurrentibus (ſi interueniat homicidium) excuſabuntur. Factum à Berouarijs, & ſine moderamine inculpatæ tutelæ, ſecundum Iodoc. pract. crim. cap.15. Rubr.de citatione reali, num.28. & Grat.con-
224 ſil.52. vo.2. † vtile erit, vt Berouarij vocent teſtes, ſi ibi fortuito inueniri poſſunt, & de eis notitiam Iudici dent, qui omni in caſu examinabit etiam ex officio, qualiter caſus ſucceſſerit, poſtea deliberabit an excuſationi locus ſit. De reſiſtentia autem, quæ licitè fieri poteſt publicis executoribus, caſus eſt, quando non oſtendunt in actu exequendi licentiam, ſeu mandatum prout debent, l.prohibitum, vbi Bart. & Luc.de Pen-
225 na, de iur.fiſc.Clar.q.19.ver.fin. † Sed licentia oſtenſa ſiue iuſta, ſiue iniuſta non poteſt reſiſti aliquo modo, ſed duntaxat impediri donec adeatur Iudex, per l.1.C. quando lic. ad eundem Iud. & reſiſti poteſt etiam facto quando tanquam priuati agunt aliquod contra ius, l. vt vim, de iuſt. & iur.id quod etiam Iudici fieri poteſt, quando tanquam priuatus aliquid faceret, & non tanquam Iudex, vt in iniurijs verbalibus indebitè prolatis quod eſt contra eius proprium officium: & iniuria dicitur, quando fit quod de iure non debet, §.1. Inſtit.de iniur. Boſſ.latè eod.tit.vel quando extraiudicialiter in ludis, vel in alijs locis ſimilibus interueniret aliqua contentio, quia pro tuendo honore, & bona exiſtimatione poteſt reſiſti verbis, & facto vbi opus ſit, vt per Felyn.in c. ſi quando, col.2.n.2.in 2. Fall.extra
226 de offic. deleg. † Et hæc reſiſtentia debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ. Menoch. remed.8.de recup. poſſeſſ. Marant. in ſua diſp.1. vbi de communi teſtatur, & hoc propter perſonam, quam Iudex repræſentat, ſed poſſet etiam reſiſti Iudici exequenti aliquid iniuſtè notoriè, non facto contra perſonam, ſed impediendo per reſiſtentiam, ne de facto executioni mandetur, dum ad ſuperiorem ſtatim confugitur, ſecus ſi res dubia ſit, latè & pulchrè de hac materia per Farinac.de carcer.& carcerat.quęſt.32.num.116.cum plur. ſeq. Franc. in deciſ.329. Maſcar. de probat. concl.189. Afflict. ſuper conſtit. in cap. humanitate, not.6. ver. item quærit.

227 † Et quia per ſtatuta, aut Principum ordines ſolet præmium concedi illis, qui aliquem delinquentem capiunt in flagranti crimine, aduertendum eſt, quòd non dicitur verè captus in flagranti delinquens, quando poſt factum immediatè peruenit ad locum de-

ſtinatum, & dico immediatè, etiamſi iuerit, & iter in-
teruallum aliquod habuerit, Foller. in d. pract. item
quod fuit captus, nu. 9. 10. & 11. idem quãdo officialis
ſequendo hunc (quem vidit delinquere) diuertit ante ca
pturam ad alios actus extraneos, puta ſi Berouarius re-
licta perſecutione iuerit ad Iudicem vel alibi, & inte-
rim delinquens euanuerit ab eius oculis, tunc ſi poſtea
illum capit, non gaudebit beneficio ſtatuti, arg. §. feræ
beſtiæ. inſtit. de rer. diuiſ. & conferunt infradicenda.
Iacob. de Beluiſ. in pract. Rubr. de fug. Reorum nu. 46.
& ſi ſtatutum non dicit de quorum bonis præmium ſit
dandum, intelligitur de bonis delinquentis, ſi habet, ſi
minus de bonis eius ad cuius vindictã ſit proſecutio,
& in ſubſidium communitatis. Bar. in l. leg. ad leg. Cor.
ibi Bal. vbi Aug.
228 † Et notandum quòd cuilibet licet capere delinquẽ-
tem in flagranti crimine, etiam ex interuallo, l. fin.
Matth. de Put. de ſyndic. in ver. præmium, numer. 3.
dummodò infra 20. horas præſentet eum coram Iudice
ſuo, Gomeſ. var. reſol. tit. de delict. cap. 9. numer. 3. & 4.
vbi etiam in delictis priuatis hoc procedere ait, & ca-
piens excuſatur à pœna ſtatuti de priuato carcere;
Afflict. ſuper conſtit. in d. cap. humanitate, numer. 6.
ver. item quæritur, per tex. l. capite quinto. ff. de adult.
Amplia etiamſi ſine mãdato Iudicis capiatur, Scaccia.
d. tract. de iud. ciuil. crim. & hæret. cap. 78. numer. 6. &
in hoc propoſito ſcias, quòd ſi famulus Curiæ iuſſu iu-
dicis capiat malefactorem, non gaudebit præmio, ſed
dabitur iudici, Borgn. Caualca. deciſ. 23. p. 5. de qua re
dubito, tamen vide iura & auth. quas ibi allegat. Præ-
mium autem non conſequitur ſocius criminis ſapiens,
vel reuelans ſocium vt capiatur, niſi expreſsè dicatur,
Bald. in l. 3. C. de oper. liber. Bar. in l. ſi quis in graui, §.
ſi ex ſtipulatione, ff. ad Syllan. idem de eo qui ex cauſa
officij ſui capit, Put. de ſynd. in d. ver. præmium. Et
229 † in captis in flagranti ordo eſt ordinem non ſeruari,
vt ſupra de notorio delinquente, & non datur copia
indiciorum, vt per Bald. in d. l. vt vim, ff. de iuſt. & iur.
vbi numer. 2. tenet nec etiam dandas eſſe defenſiones,
licet in practica dentur, vt dictum eſt, Salyc. in d. l. ea
quidem, & Clar. d. q. 8. verſ. ſed nunquid, vbi hoc pro-
230 cedere quando reus confeſſus eſt delictum † verùm
etiam contra propriam confeſſionem multa adduci
poſſent, ex quibus reus excuſari poſſet, vt dicam
in 3. par.
Ideò omninò ſunt dandæ defenſiones modo quo ſu
prà, quoniam etiam ſi quis fuerit inuentus cum re fu-
rata, vel cum armis, non debet tam citò velo leuato pu-
niri, quia poſſunt ei competere ſimiles defenſiones, vel
quia de licentia Domini, aut alterius de familia Domi
ni ingreſſus ſit fundum, à quo vuas, vel fructus perce-
pit, vel arborem cædit pro ſe, vel pro Domino, Bart.
Bald. & Do. in l. 2. C. vbi in rem act. Abb. in cap. quo-
niam frequenter. Vt lit. non cont. facit Marant. de ord.
231 iud. par. 6. ver. nominatio. Pro armis † capto poſſunt
defenſiones competere, vel quia ſit miles, & militiæ
ſuæ teſſeram perdiderit, quam teſſeram armorum licẽ-
tiam vocant, licet a Decia. nõ ſic de Delict. tom. 2. car.
111. num. 29. & itinerantibus arma videntur per tex. l.
1. 2. & 3. ff. ad leg. iul. de ui. pub. l. ſi quis poſt hanc. C. de
pri. edific. l. 1. 2. & 3. ff. ad leg. iul. de vi. public. & ideo vel
artifex armorum, & cauſa reficiendi illa ferret in ſuam
officinam, vel quòd ſit famulus militis vel artificis, vel
quod deferat dicta arma inhabilia ad offendendum, pu
ta, ſi ſunt colligata laqueo ſimul, vt ſi eſt ſclopus à rota,
& illam ſeparatam à ſclopo portauerit, circumſcripto
ſtatuto, vel quod ipſe ferens ſit mancus, vel aliter inha-
bilis ad exercendum dicta arma, vel eis vtendum, vel
quia pro ſua legitima defenſione ab eo minimè cauſata
ferat talia arma ad euadendum vrgens periculum de
quibus docere tenetur, Decia. d. tract. de delict. lib. 8. de
prohib. vſu. armo. cap. 3. numer. 37. tom. 2. & d. l. 1. 2. &
3. ibi prætor uiatoria venatoria, & commercij cauſa. ſi-
militer ſi res furata reperiatur pænes virum probum,
non ceſſat mala contra eum præſumptio. l. in ciuilem.
vbi Bar. C. de furt. Tiraq. de pæn. temp. cauſ. 51. nu. 132.
232 † Item excuſatio tenet quando pro capiendo bannito
vel malefactore, quis ferret arma iubente ſtatuto, vel
præmium offerente, Decia. vbi ſupra, numer. 38. Nam
qui vult conſequens, videtur & velle omne antecedens
ei neceſſarium, text. in l. ad rem mobilem, & ibi not.
per gloſ. ff. de procur. in l. legatum, eod. §. idem iuris, in
ſtit. qui, & quib. ex cauſ. ma. non lic. cap. cum infirmitas
de pœn. & remiſſ. Bart. in l. ambitioſa, in 2. & 3. col. ff.
de decr. ab or. fac. Bald. in l. conuenticulam, col. penult.
C. de epiſc. & cler.
233 † Hinc eſt in propoſito Brachij noſtri, quòd ſi Prin-
ceps conceſſerit executionem cauſæ, quam ipſe nec al-
ter examinauit, vtique intelligitur conceſſa cognitio
cauſæ, quæ executionem præcedit, l. etſi non cogni-
tio, cap. de præc. imper. offeren. cap. de cætero, de re
iud. Bart. in l. à Diuo Pio, ff. eod. & de hac re in 4. par.
& ſupra tactum eſt in quinto præmiſſo, D. Menoch. de
arb. quæſt. 38. vbi latè. Ideò intelligitur conceſſa dela-
tio armorum ex mente dicti ſtatuti intrinſeca, & de
quampluribus alijs cauſis excuſatione dignis, Afflict.
in verb. intentionem, ſuper conſtit. Regni. & Marſ.
pract. §. pro complemento, & Bonacoſſ. quæſt. crim.
ſuper ſtatu. in ver. armis, meritò defenſiones omninò
dari debent.
234 † Certè ille qui ad ſuam defenſam adducit priuile-
gium, vel aliquam aliam iuſtam cauſam, vel qualita-
tem tenetur docere, & ad ſe pertinentia facere per l. qui
accuſare, C. de eden. Nam qui dicit ſe eſſe talem, tene-
tur probare ſe talem, Maſcard. concl. 1253. alioquin ſi-
bi imputet, cap. damnum, de reg. iur. & in l. qui tacet.
eo. tit. fallit in Nobilibus equitibus crucem portanti-
bus, à latere ſiniſtro ſutam & notis.
235 † Inſuper Princeps poteſt ſecundum conſcientiam
iudicare, Bart. in l. 2. C. vt quæ deſunt Aduoc. & dixi
de teſt. par. 3. verſ. ſimiliter, vide inter alios Maſcard.
de probat. concl. 948. & ſeq. num. 6. vo. 2. Put. de ſynd.
ver. iudicare, cap. 2. num. 4. Laudenſ. in tract. de Princ.
quæſt. 41. vbi aduertit Principem cauere debere, ne
ſua conſcientia ſit malè informata, cap. 1. de re iud.
lib. 6. & per Felyn. in cap. paſtoralis, §. quia verò in fin.
de offic. deleg. Profectò magis cauere debent illi, qui
malum conſilium præbent Principi, in bona fide exi-
ſtenti, & malè eius conſcientiam informant, per l.
qui occidit, §. hac quoque, ad leg. Aquil. maius quippè
peccatum habent; nam Princeps faciendo quod non
debet propter malum conſilium ob ignorantiam ali-
quatenus, ſed Conſiliarij, Auditores, vel alij Miniſtri,
quorum conſilio Princeps vtitur ob malum conſilium
nequaquam excuſantur, argum. eorum quæ ſupra pau-
lò poſt dicta ſunt de excuſatione primi parentis, & pra-
uitate ſerpentis: facit Heſiodi illud vulgatum, prauum
236 conſilium danti ipſi peſſima res eſt; malum † enim
conſilium, rem peſſimam eſſe conſulenti: ſiue enim ca-
ſu fuerit, ſiue potius diuino permiſſu, ſæpè (quod ſatis
conſtat) experientia docuit, mala conſilia in Authoris
perniciem conuerſa fuiſſe, & vnde fraus profecta eſt, il-
luc ſit cum damno reuerſa, & hac noſtra tempeſtate
Domini falluntur, & pauperes ſubditi deprimuntur;
Sæpè enim auaritia, diſſidia, ignorantia, vel odium
ſunt ſigna dolorum, quæ à iudicibus non ſunt ſegrega-
ta, ſi Deum non timeant. Sed heu quantum deploran-
da nunc eſt memoria dicti illius Felyn. in d. §. quia ve-
237 rò, † vbi dicit, quòd Iudex nequaquam damnare de-
bet illum, qui ad aures ſecretò eiuſdem Iudicis deli-
ctum patefecit, quia tanquam priuatæ perſonæ dictum
cenſetur, l. nullus, de teſt. l. illicitas, §. veritas, ff. de of-
fic. Præſ.
Sed Iudex noſter, qui habet vices Principis, poteſt
& ipſe ſecundum conſcientiam iudicare, Roland. à
Vall. conſil. 70. quoniam, numero 25. & 26. volum. 1.
Verùm concurrentibus cum dicta manifeſtatione ſe-
cretò Iudici facta alijs indicijs, poterit iſte delinquens

punir[i]

puniri (dato termino defenſionis) & re penès acta cu-
riæ ſcripta.

Et redeundo ad delictum factum coram Principe,
238 † qui ſi mandaret, vt authoritate ſua puniretur talis
delinquens, quem ſcit in ſua conſcientia deliquiſſe, vt
quia vidit, tamen Iudex nequaquam poſſet punire il-
lum ſine indicijs, niſi Iudex, & ipſe fortè præſens fuiſ-
ſet, & vidiſſet talem delinquere, vel niſi Princeps dan-
do vices ſuas etiam fecerit fidem Iudici de delicto co-
ram eo facto, Clar. §. fin. quæſt. 54. verſic. ſed quid ſi ali-
quis, Grammat. deciſio. 65. Gabriel. concluſio. 129. de
delict. vbi de Papa loquitur, Maſcard. de probat. con-
cluſio. 140. cum plur. alijs concluſio. ſeq. præcipuè, con-
239 cluſio. 621. & Plot. conſil. 2. num. 8. † Nam Principi
ſoli creditur, & probationem plenam facit Princeps in
cauſa aliena, Luc. de Pen. l. 3. num. 2. C. de mancip. &
colo. & cap. 3. lib. 11. & teſtimonium Principis præ-
ponderat duobus, & tribus teſtibus idoneis, non tamen
ipſi æqualibus, l. Imperium, ff. de iuriſdictio. omnium
iudicum, cap. 1. §. inter pares, de vſib. feud. text. in Cle-
ment. 1. de probation. cap. cum à nobis, extra de teſt.
vbi ſoli Principi creditur, Tiraqu. de retract. conſang.
§. 4. gloſ. 1. num. 18. ſed Papa non habet parem in ter-
ris, Do. vbi ſupra, & ideò Imperator, & Reges genu
flexi venerantur Pontificem, & eius deoſculantur pe-
des; Boſſ. in tit. de Princ. & priuileg. eius, num. 79. cum
ſeq. Sed non obſtante fide facta à Principe, cautela erit,
vt Iudex etiam extraiudicialiter ſine ſcriptura benè in-
formet conſcientiam ſuam (ſecretò tamen) ne videa-
tur parui pendere dictum Principis, & ita non errabit,
240 † & ſicut Iudex inferior non poteſt ſe ingerere in cau-
ſa, quam ſuperior aduocauit ad ſe, cap. cum vt noſtrum,
de appellat. Lancellot. de attenta. in 2. par. cap. 10. nu-
mero 4. nec poteſt Iudex inferior præſente maiori Ma-
giſtratu ſententiam dicere, Vant. de nullit. ex defect.
iuris, cap. 1. numero 38. ita nec Iudex ſuperior quando
Princeps ad ſe cauſam aduocauit, Marant. pract. par. 4.
diſtinct. 9. num. 37. 38. & 39. Iacob. à S. Georg. de feud.
241 ver. an Princeps, 29. ſpecialitas, † nec poteſt etiam Iu-
dex ſuperior coram Principe poteſtatem gladij, quam
habet tunc exercere, ſicuti ſtatuta interpretari minimè
licet coram Principe ſine eius licentia expreſſa, vt in-
quit Bald. in l. cum de nouo, C. de leg. Bart. & alij in
Rub. de verb. ſignific. vid. ſupra ſub num. 152.
242 † Hic volo aduertere, quòd ſi Princeps commiſit
cauſam, cum hac clauſula, iuſtitiam facias, ſiue iam
ſummariè cœpta fuerit, ſiue non, poſtquam abdicauit à
ſe dictæ cauſæ cognitionem non poterit de iure poſt
dictam commiſſionem mandare, vt extraordinariè
243 procedatur, videlicet, non ſeruato ordine iuris, † quia
per clauſulam iuſtitiam facias, Princeps videtur elegiſ-
ſe viam ordinariam, Canon. in cap. ſignificantibus, de
offic. deleg. Felyn. in c. 1. ver. & ſi dicatur, & in cap.
Canonum ſtatuta, num. 51. de conſtit. Bald. ca. 1. col. 3.
de feud. tit. ſi inter dom. & vaſall. lis orta fue. niſi dixe
rit iuſtitiam facias, prout nos facere poſſumus, quia
Princeps dicitur manu Regia & celeriter ac ſumma-
riè cauſas expedire, c. veritatis, de dol. & contu. quod
eſt proprium Principis, nec de iure poterit alteri eam
delegare niſi ex cauſa, quia poterit ſubſiſtente cauſa, e-
tiam mandare vt ſummariè procedatur, c. quod ſemel,
de reg. iur. vbi Dyn. num. 12. §. ſed quod Principi, In-
ſtit. de iur. nat. facit Ro. conſ. 218. circa primam,
Caſtr. conſ. 156. viſo & examinato puncto, pulchrè
Dec. in l. nemo poteſt mutare, num. 3. de reg. iur. nec
poſſet ſine cauſa eam ad ſe aduocare, & cum manu Re
gia procedere; nam mandando ut iuſticiam faciat, dici-
tur ius parti quæſitum, ſcilicet vt via ordinaria proce-
datur, & Princeps non poteſt ius tertij auferre, Bald.
Alex. & Iaſ. in l. teſtamentum C. de teſtam. Crauet. cōſ.
241. num. 10. & hos adducit D. Menoch. q. 48. num. 6.
& 7. vbi etiam de plenitudine poteſtatis non poteſt
ſine iuſta cauſa, leg. iubemus nullum, C. ſacroſanct.
Eccleſ.

244 † Iuſtæ autem cauſæ ſunt, quando de ſui natura cau-
ſa eſt ſummaria, vt Marant. in 4. par. diſtinct. 9. vbi re-
cenſet, quæ ſint cauſæ ſummariæ, & pariter Vant. de
nullit. & defect. iurid. num. 71. verſ. & præmiſſa. item
quando de conſenſu partium ita ſupplicatum ſit, l. ele-
ganter, in princ. de dol. vbi Bart. & Princeps ſine cauſa
nil agere debet, Luc. de Penna, in l. fin. C. de reconden.
in pub. horreis, lib. 10. Idem multa dicit in l. prædia, ſub
numer. 37. C. de loc. præd. ciuil. multò minùs Iudex no
ſter. Verùm Principi ſemper cauſa eſt parata, nec de ea
eſt interrogandus, & qui vult vlterius quærere dicitur
temerarius, & nimis audax, cap. memoriam, 19. diſtin.
245 dixi ſupra, numer. 164. & 242. † & ideò ſine cauſa po
teſt remouere officialem ſuum, niſi cum cauſa in ſpe-
cie expreſſa fuerit conſtitutus, Afflict. in tit. quæ ſint re
galia, in ver. poteſtas, col. 2. Boſſ. ſequitur eod. tit. de
regal. numer. 54. vel niſi pro certo & limitato tempore
fuerit electus, vt ſunt iudices ordinarij, DD. in l. diem
functo, ff. ſolut. matr. vel niſi pecunia recepta fuerit pro
habendo officio; vt Romæ, & alibi quædam vendun-
tur officia, nam tunc poteſt officialis dicere pacto con
ueniſti mecum, per l. ſicut, C. de oblig. quinimò nec ip-
ſe, nec eius ſucceſſor poterit ſine iuſta cauſa remouere
officialem propter pecuniam receptam, etiamſi huiuſ-
modi officium fuerit conceſſum ad beneplacitum, Bar.
in l. iuriſperitus, ff. de excuſat. tut. ſed caue; nam aliud
de iure, aliud, de facto: & contra maiorem nemo præſu
mit honorem.
246 † In dubio tamen præſumit Princeps circumuen-
tus, quando de cauſa non liquet, Bald. conſ. 277. pridie
enim conſului, lib. 3. refert Dec. in d. l. nemo mutare,
numer. 3. & 4. de reg. iur. etiamſi motu proprio remo
uet officialem, Boſſ. in d. tit. de Princ. num. 20. Pet. eod.
tract. cap. 32. concluſ. 2. numer. 60. fol. 108. & 176. num.
79. & 80. quod non ſequitur quando cum ſano conſilio
ſe ſuaq; prudenter regit & gubernat, ad quæ faciunt di-
cta Luc. de Pen. in l. prædia, ſub num. 36. C. de loc. præd.
ciuil. lib. 11. Bald. conſ. vlt. 5. col. par. 1. & Dec. conſ. 189
in fin. & in tantum eſt verum, quod Princeps præſumi
tur bonus & iuſtus, vt hęc bona mēte & cū iuſta cauſa
facere præſumatur, vt expellere ciues, fortalitia ædifica
re, & onera imponere, & populū in virga ferrea regere,
quæ alias fieri non deberent, Bart. tract. de tyran. col. 5.
& peccata populorum prædicta & grauiora patiuntur,
& Deus ideò dedit poteſtatem, & permittit pro ſalute
hominum, & Bartolus in d. tract. dum de tyrannia lo-
quitur inuehit, d. col. 5. ver. primo contra illos ſuperbos
dicens quod ſapientes diſcriminant, ne cognoſcantur
eorum mala, & nedum diſciplinam & ſtudium peri-
munt, ſed etiam operantur ne fiant ſapientes, ſemper e-
nim timent per ſapientiam reprehendi, & curant ſub-
ditos habere pauperes, vt ſic occupentur circa eorum cu
ras, ne habeant vnde alibi viuant, à quibus Deus om-
nes liberet: Hæc ille. Et non indignatur Princeps etiam
audire omnes, & cauſas etiam diligentiſſimè examina-
re, tum ratione iuſtitiæ & veritatis, tum etiam ratione
rectitudinis proceſſus, & quicquid perperam factum re
peritur, ſolet caſſare & annullare, cap. veritatis, de dol.
& contu. cap. cum ad ſedem, vbi Abb. & apoſtill. de re-
247 ſtit. ſpoliat. † Et in dubio Princeps non præſumitur
vti velle plenitudine poteſtatis, Vant. de nullit. an quæ-
libet ſent. &c. num. 20. & 25. (& de poteſtate Principis,
vide de feud. Baldum in proœm. in verſ. aliqua. vbi mul
ta in hoc propoſito dicit) niſi magna ſubſiſtente cauſa,
& ſat eſt quòd iſta cauſa ſit in ſcrinio eius conſcientiæ,
& ſciat non errare, nam error iuris in Principe cadere
non debet, Luc. de Pen. in l. omnes, num. 56. C. de de-
cur. & erraret quando alios ab errore non reuocaret. 86.
diſtinct. facientis, ſed in dubio non præſumitur errare,
l. error. C. de iur. & fac. ignor. & ideò non decet perqui-
rere cur ita facis, vt ſupra dictum eſt, num. 164. & 240.
Iaſ. in l. reſcripta, numer. 2. C. de prec. imper. offer. & ne
mo valet contra ſtimulum recalcitrare, vt dicit Boſſ. d.
tit. de Princ. num. 25. maximè quando Princeps dicit

ſic

ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas, quia ijs ver-
248 bis manum apponit poteſtati abſolutæ. † Vbi autem
percipi poteſt, quòd Princeps vti voluerit poteſtate or-
dinaria, tunc licitum eſt obijcere contra reſcripta Prin-
cipum de obreptione, & ſubreptione, vt ait Vant. de
nullit. ex defect. iuriſd. ſub num. 58. Talis enim mens
Principis eſſe præſumitur, qualis mens, & diſpoſitio
legis, ſecundum quam Princeps velle viuere profite-
tur, l. digna uox, C. de leg. l. imperfecto, C. de teſtamen.
cap. cum dilecti, ibi uolentes ordinem iuris ſeruare, de
dolo, & contumac. cap. licet cauſam, ibi quia tamen
non uolumus à iuris tramite declinare, de probatio. &
ſi quandoque declinat, id facit, uel quia circumuentus,
ut ſupra dictum, uel ob importunitatem, ut per Vant.
loc. cit. num. 58. uid. infra 4. par. ſub num. 100. infra, Et
Princeps præſumitur reſcribere, prout iuris. niſi addi-
derit clauſulam derogatoriam, Gloſ. in Auth. ex com-
plexu, C. de inceſt. nupt. Auth. licet, C. de natal. lib. Ro-
ger. de leg. pot. num. 43. Sed aliàs de poteſtate, & uolun-
tate Principis dicam.
249 † Item ſciendum, quòd ſi Princeps abdicauerit à
Iudice ordinario aliquam cauſam iam cęptam, & ad
eum ſpectantem iure ordinario, quę res ei permiſſa eſt,
Caſtr. in authent. qua in prouincia, C. ubi de crim. agi
oport. & eam alteri deleget, tunc dicitur priuaſſe ordi-
narium quoad illam cauſam iuriſdictione ſua, Bald. in
cap. 1. §. ad hęc, col. 4. de pac. iur. fir. & in tantum hoc
eſt uerum, ut ſi pendente cauſa delegatus moriatur, illa
cauſa non reuertatur ad eundem Iudicem ordinarium,
ſed ad Principem delegantem, Bald. in d. §. ad hęc, &
Iaſ. in l. more maiorum, col. fin. de iuriſdict. omnium
iudic. & appellans debet appellare ad Principem De-
legantem, ſeu ad illum, qui in hoc repręſentat perſo-
nam Principis, puta ad DD. 3. Rotę, vt Florentię, &
non ad Iudicem ordinarium primarum appellatio-
num. Quod nota, & tene menti, quia ſicut aqua è mari
fluit, & ad mare refluit, ita omnis iuriſdictio à Prin-
cipe fluit, & refluit, cap. 1. de Feud. Marant. de ordin.
iud. 4. par. diſtinct. 5. num. 3. At ſi pendente proceſſu
coram delegato Princeps eandemmet cauſam remit-
250 tat ad Iudicem ordinarium, tunc iſte ordinarius † Iu
dex dicitur in iſta cauſa delegatus, quoniam à priuatio-
ne ad habitum non datur regreſſus, l. decem, de verb.
obl. Felyn. in c. licet in corrigendis de offic. iud. ord.
& Decia. omninò, vi. d. eius tract. crim. tit. de delegat.
li. 4. tom. 1. vbi nu. 13. & per tot. hunc articulum expli-
cat pulchrè etiam Marant. in 4. par. diſtinct. 9. nu. 37.
& 38. de ord. iud. uide incertum autorem de crimine
læſæ Maieſtatis inter tract. crim. diuerſo. num. 53. ubi
de cauſa ſublata vel auocata, quæ ad ordinarium redit.
251 † Hinc eſt quòd cauſa ſemel delegabilis ſemper dici-
tur delegabilis. tex. & Do. in l. a iure C. de iud. auth.
qui ſemel, C. quomo. & quan. Iudex, facit Caualca. de-
ciſ. 1. num. 16. & cauſa ſemel compromiſſa ſemper di-
citur compromiſſibilis, Blanc. de compromiſ. q. 7. ver.
ſecundo quæro, num. 41. & cauſa ſemel coram Princi-
pe cœpta non egreditur amplius eius manus, d. cap.
vt noſtrum, de appellat. cap. ſtuduiſti, & cap. licet, de
offic. deleg. Vant. de nullit. ex defect. iuriſdict. num. 70.
252 & 71. † & ſi Iudex qui ſemel extraiudicialiter iudi-
cauit, iterum extraiudicialiter iudicare poterit, c. cum
terra, de elect. cap. ſignificaſti, de offic. delegat. & de ijs
duobus apud D. Menoch. de arb. iud. quæſt. 67. nu. 30.
& 33. & cauſa ordinaria, quæ vigore reſcripti ſemel ef-
fecta eſt ſummaria, ſemper ſummaria dicitur in qua-
cunque inſtantia, & coram quocunque Iudice, Caſ-
ſad. deciſ. 8. quem adducit Vant. de nullit. ex defect.
253 proceſſus, num. 58. † pariter res prohibita alienari,
ſi ſemel effecta ſit alienabilis ſemper poterit alienari,
& durat alienabilis, vt eſt tex. in l. pater, §. quindecim,
de legat. 3. & in l. 1. ver. res verò, & in fin. C. de impo.
lucr. deſcr. lib. 10. Fab. à Monte. tract. de empt. & vend.
vltimo quæſito. num. 42. Tiraq. de retract. lignagier.
§. 2. gloſ. 1. num. 3. ver. cui adde niſi ſuper eo pendeat
iudiciũ propter vitium litigioſi. per l. fi. C. de litig. quia
alienans amittit Ius rei alienatæ, Lancellot. de attenta.
lit. pen. & qualiter contrahi poſſit lite pendente trad.
Cæpol. caut. 34. ſed non eſt tuta. & Bart. in l. pater fi-
254 lium, §. quindecim num. 4. de legat. 3. † vbi merum
imperium ſemel delegatum de cætero delegatur, nam
regulariter merum imperium non eſt delegabile, ſe-
cundum gl. in l. placet, C. de iud. peda. fallit in octo ca-
ſibus quos ponit Iaſ. in l. 1. num. 28. ff. de offic. eius,
primò, cauſa abſentiæ. 2. ſi princeps delegat. 3. Princi-
pis delegatus. quartò, proconſul. quintò, in cauſa ſuſpi-
tionis. ſextò, reſtitutionis. ſeptimò, de iure Canonico,
octauò, contra latronem inſignem, Bart. in l. 1. de iu-
riſd. om. iud. quod reincidit in probando id quod cau-
ſa ſemel delegata ſemper de cætero eſt delegabilis. De-
cia. de delic. tom. 1. car. 165. num. 34.
Rurſus quando Princeps iudici ordinario cauſam
delegaret cum alio adiuncto, quæ cauſa aliàs iure ordi-
nario ſpectabat ad dictum Iudicem ordinarium, nihi-
lominus ratione delegati ei adiuncti pariter Iudex or-
dinarius fit delegatus, quia ratione ei adiuncti conce-
ditur quod ſimpliciter non concederetur, l. Imperator,
la 2. ff. de ſtat. hom. Marſil. pract. §. diligenter, num. 33.
& hac ratione laicus concurrens cum Eccleſiaſtico ef-
ficitur æquè priuilegiatus, rationem adducit Bart. in
l. præcipimus, §. eadem, C. de appell. Marſ. in Rubr. de
fideiuſſor. num. 131. & ſeq. Bart. & hac ratione laicus
concurrens cum Clerico efficitur æquè priuilegiatus.
Ion. in cap. ad audientiam, de præſer. Bart. in l. præcipi-
mus, §. eadem, de appellat. in l. 1. §. item ſi quis, de ap-
pellat. Rom. ſing. 265. idem ſi ſint executores, idem
ſi in Collegio erunt ſimul Laici, & Clerici, nam Re-
255 ctor Collegij erit Eccleſiaſticus, † & ne vna eadem-
que res diuerſo iure cenſeatur, l. eum qui ædes, ff. de vſu-
cap. cap. cum tuæ, de cenſ. facit Abb. in cap. cauſam,
col. 3. de offic. deleg. vid. in Reper. in verb. Adiuncti
ratione vbi infertur ad multa in hoc propoſito hic om-
miſſa, & ordinarius poſſet agere gratias reſpectu ſpor-
tularum, vt dicam, ſecus ſi Iudex iam ex ſe cauſam cœ-
perit via ſua ordinaria, & Princeps parte inſtante ad-
iunctum conceſſerit fortè ob timorem ſuſpicionis, vel
aliter, quia hoc in caſu remanet adhuc Iudex ordina-
rius, non obſtante adiuncto, & ſolet in Statu Mediola-
ni, & alibi cauſa committi conſilio ſapientis, aut dari
adiunctus ex vrbanitate, & iſte adiunctus datur Iudici
deputato ab Illuſt. Gubernatore, vel à Senatu, ſed non
datur Prætori feudatariorum, Soc. Iun. conſ. 126. num.
35. vo. 1. quia hoc modo ſaluatur decor, & officium Iu
dicis, & prouidetur ſimul parti timenti de Iudice,
256 † cuius iuramento calumniæ creditur allegando iu-
ſtam cauſam, videlicet negligentiæ, aut negaſſe iuſti-
tiam, vt per D. Menoch. de arbit. Iud. caſ. 202. num. 35.
De hac re latè in 3. par. ſub num. 312. & Lancell. de
Prætore, tit. de exceptio. vbi 59. cauſas ſuſpicioſas accu-
257 mulat, num. 8. ante etiam nu. 7. dicit, quòd ſi † Prin-
ceps ex certa ſcientia committat cauſam notoriè ſuſpe-
cto non intelligitur tollere exceptionem recuſationis,
& ſi in commiſſione etiam dixerit omni appellatio-
ne, & recuſatione remota, hoc de plenitudine poteſta-
tis facere poteſt, Bart. in l. fin. C. de ſent. tit. general. Fe-
lyn. in cap. ſicut Romana, de reſcrip. tamen intellige
de recuſatione friuola, Franc. in cap. poſtremò, de ap-
pellat. & alios quos videre potes, aliud Lancellot. loc.
cit. & per Afflict. in rubr. quæ ſunt Regalia, num. 43.
Natt. conſil. 591. num. 8. vo. 3. & in materia ſuſpicionis
Iudicis, vide Caualca. deciſ. 28. in 2. par. Et an Iudex
noſter poſſit vti ſuſpectus recuſari, vide Lancellot. d.
num. 7. & 8. & Decium in cap. cauſamque, num. 2. de
offic. deleg. & ipſe dicam num. 312. cum mult. ſeq. d. 3.
258 par. hæc incidenter hic dixi. † Hoc vnum eſt, quòd
in delictis notorijs Iudex non poteſt vti ſuſpectus re-
cuſari, cap. oppoſuit, extra de appell. Boſſ. tit. de denunt.
num. 5. & per quos actus tollantur ſuſpiciones, vide
Bald. in l. apertiſſimi, & l. fin. C. de iud.

Modò

259 Modò ad rem notandum † eſt, quòd aliud eſt dele-
gare cauſam, aliud eſt excitare iuriſdictionem, vt eſt
quando Princeps reſcribit ordinario Iudici, vt cauſam
cognoſcat non dato adiuncto, Felyn. in d. cap. licet
in corrigendis, num. 2. & 3. de offic. iud. ord. gloſ. in
cap. ſæpè, & ibi Canon. de offic. præſ. ad hoc Put. de
Synd. in verb. ſalarium, cap. 2. nu. 2. item aliud eſt ex-
citare iuriſdictionem, aliud eſt quòd cauſa à Iudice or-
dinario abdicata & alteri delegata demum ſit remiſſa
ad eundem Iudicem ordinarium, vt ſuprà dixi, ad quæ
vide omninò Decia. d. tract. crim. tom. 1. lib. 4. loc. cit.
& Angel. in l. 1. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. obl. Viui.
com m. opin. 421. vo. 1. & Marant. de ord. iud. d. 4. par.
260 diſtinct. 5. num. 4. † Vbi ad cognoſcendum an quis
ſit ordinarius, vel delegatus, ſunt conſideranda verba
commiſſionis, primò, ſi eſt commiſſa vniuerſitas cau-
ſarum, tunc dicitur ordinarius, per l. 1. §. vrbem, ff. de
offic. præfect. vrbis, ſi verò vna tantum cauſa commit-
tatur, vel plures, ſed diſtinctæ, & ſeparatæ, præſumitur
delegatus, Bart. in l. more, verſ. iux. hoc, & ibi Alex. de
iuriſd. omn. iud. ſic etiam quando in commiſſione di-
ceretur, procedas authoritate noſtra, vel delego, aut
committo tibi talem cauſam, tunc cenſetur delegatus,
Felyn. in d. c. licet in corrigendis, num. 3. & Bald. in l.
ciuile. ff. de iuſt. & iur. vel ſummarie procedas, Felyn.
vbi ſupra, num. 4. Put. de ſyndic. in ver. ſalarium, cap. 2.
261 num. 2. † Nam quotieſcunque adſunt in commiſ-
ſione Principis aliqua verba augentia, diminuentia,
vel alterantia iuriſdictionem, tunc cenſetur cauſa dele-
gata, vt per Felyn. vbi ſupra, quod eſt pro regula notan-
dum. Verùm in Iudice ordinario huiuſmodi cauſæ,
quæ aliàs iure ordinario ad eum ſpectant, non cenſen-
tur in dubio delegatæ per quæcunque verba, ſed ope-
rantur tantum, vt iuriſdictio excitata dicatur, vt per
Iaſ. Alex. & alios, in l. Prætor, & in l. more, ff. de iuriſd.
om. iud. Ro. in l. 1. §. ſi quis, de verb. obl. & Felyn. in d.
cap. licet, num. 2. 3. & 5. de offic. iud. ord. & ſi cauſa eſ-
ſet iure ordinario tractanda & mandaret ſummariè ex
pediri, vel quaſdam ſolemnitates relaxari, tunc non di-
ceretur delegata, ſed obſtaculum de medio fuiſſe ſubla-
tum. Caball. milleloq. 242. par. 1. & è contra, ſi quævis
cauſa committatur alteri, quàm Iudici ordinario, etiam
per quæcunque verba delegationem non importan-
tia, nihilominus ſemper cenſetur & intelligitur dele-
gata, Car. in d. cap. licet in corrigendis, quem Felyn. ad-
ducit, num. 4. & per DD. ſupra alleg. Non enim cura-
tur de verbis quando iuriſdictio non competit perſo-
næ, niſi fuerit delegata, Vant. de nullit. ex defect. iuriſd.
ord. cum ibi per eum adduc. & habemus ſimile de ſta-
tuto, quod aliquando recenſet eandem diſpoſitionem,
quæ eſt de iure communi, ideò ne dicamus verba ſta-
tuti eſſe ſuperflua, dicitur tunc quod ſtatutum expreſ-
ſit reducendo memoriæ illud, quod de iure communi
262 diſpoſitum eſt, † & ſic ſtatutum hoc in caſu dicitur
recitatorium iuris communis, Bart. in l. 3. §. Prætor,
num. 15. de dam. infect. & in l. 3. de vſucap. Dec. con-
ſil. 466. num. 14. Aret. conſ. 20. Ruin. conſ. 29. num. 11.
col. 2.

Eſt & alius caſus ad cognoſcendum nunquid Iudex
ordinarius procedat tanquam ordinarius, vel tan-
quam delegatus; quòd ſi de ordinaria poteſtate nequa-
quam poſſit cognoſcere, niſi vſque ad certam ſum-
mam, vel inter certas perſonas tantum, ſi cauſa eſſet
commiſſa excedens illam ſummam, vel contineret
alias perſonas, tunc dicitur in totum cauſa delegata, ſi
cauſa eſt indiuidua, puta ſub vna obligatione & parti-
ta tantum, vel ſint duo correi debendi vel credendi,
quorum vnus ſit iuriſdictioni ordinariæ ſubiectus, al-
ter non, de quarum materia vide vltra Scrib. in l. 4. §.
Cato. de verb. oblig. & in l. ſtipulationes non diuidun-
tur, eod. Caball. d. milleloq. 242. in 1. par. vbi ait quod
ordinarius non intelligitur Delegatus, niſi expreſſe di-
catur, idem Milleloq. 245. & 725. par. 1. vbi declarat
quando Iudex dicatur datus priuatiuè, & quando cu-
mulatiuè, vt ſi datus ſit ad certam cauſam. Gomeſ
Var. reſolut. tit. de indiuiduis, & in tit. de duobus reis,
vbi clarè & magiſtraliter loquitur, & ideo tota cauſa
263 intelligitur delegata, † licet in maiori ſumma ineſt
minor, l. per minorem, ff. de iud. l. vltima, C. de ord. iud.
vt de teſtibus non concordantibus in ſumma, qui non
probant, Caualca. in deciſ. 46. num. 145. cum ibi per
eum adduc. par. 1. & ne continentia cauſæ diuidatur,
arg. tex. l. nulli. C. de iud. & l. 1. & 2. ff. de quibus rebus
ad eund. iud. ea. meritò delegatus, & non ordinarius
dicitur, & eſt aliud ſimile, quia Iudex datus ſuper certa
ſumma non poteſt cognoſcere de maiori ſumma, Ca-
ualca. deciſ. 11. num. 16. deciſ. 21. num. 31. par. 1. DD.
in l. 1. §. ſi ſtipulanti, de verb. oblig. Put. de ſyndic. in
verſ. iuriſdictio, cap. 1. col. 2. verſ. ſi quis habet, & an
fieri poſſit cumulatio plurium partitarum diuerſa-
rum, ad effectum vt ſimul iunctæ faciant ſummam ta-
xatam, & Iudex procedere, ſeu cognoſcere poſſit, vide
Ro. ſing. 41. incip. ſi quis, & Matheſ. ſing. 115. num. 7.
vbi Add. & quid in reconuentione, vide Soc. conſ. 41.
vo. 1. Bald. in l. ſi idem, & ibi DD. de iuriſd. omn. iud.
vbi propria ſedes, Guid. Pap. conſ. 116. Verum coacer-
uatio fieri poteſt quotieſcunque non eſt expreſſe, pro-
hibita, cap. paſtoralis, in ver. ſemel de Donat. Alex. con
ſil. 113. vo. 5. Dec. conſ. 344. & per alia iura, quæ addu-
A cit Caball. Milleloq. 725. p. 2. vbi ait quod ad excluſio-
nem Iuriſdictionis non fit coaceruatio per l. maiorem,
cum l. ſeq. ff. de pac. cum concor. Hinc not. quod ſi ſta-
tutum limitat, quod Iudex non poſſit cognoſcere niſi
vſque ad ſummam triginta librarum, creditor maioris
ſummæ illam diuidere poterit, vſque ad ſummam tri-
ginta librarum petere coram d. Iudice, ad trad. per
Doct. in l. 1. §. ſtipulanti, ff. de ver. ob. pulchrè Ro. ſing.
115. vbi add. ad Bal. in l. ſi idem cum eodem, ff. de Iu-
riſdict. omn. iud. & ſi tu petis à me pro ſumma taxata
(quamuis ſim tibi debitor pro maiori ſumma) ipſe
potero contra te agere via reconuentionis pro toto eo
quod prætendam vice verſa te mihi debere, etiam ſi
ſumma, quam prætendo a te ſit vltra libras triginta, ea
ratione, quia aſſentiiſti in meum Iudicem. Soc. conſ.
41. vo. 1. Guid. Papæ, conſ. 116. & ita practicaui, & in
materia iſta vi. Doc. in l. Caim quædam puella, ff. de
iuriſ. omn. Iud. Bar. & Iaſ. in l. in commodato. §. ſi duo-
bus, ff. commo. Caball. d. Milleloq. 725. p. 2. vbi fauen-
dum eſſe Iuriſdictioni minori ait. Idem quando peti-
tur aliquid vniuerſale, vt puta hæreditas, vel aliud
quod in facto conſiſtat, & poteſt valere plus, vel mi-
nus, tamen Iudex inferior poterit cognoſcere, niſi ſta-
tim per Iudicem maiorem incontinenti doceatur
quod illud quod petitur excedat ſummam librarum
puta triginta, vt dixi, Bal. in l. ab ea parte. ff. de probat.
& vi. Alber. de roſat. ſuper tertio, volu. ſtatuto, in verb.
Iuriſdictio, dicentem quid quando à principio ſumma
apparet minor, licet in proceſſu cauſæ appareat maior,
tamen attenditur id quod principaliter petitum eſt, vt
ibi num. 11. & 12. Item ſi Debitor non oppoſuit in-
competentiam, quamuis petita ſit maior ſumma quam
potuit, tamen Iudex cognoſcere poteſt, non obſtante
tali limitatione, niſi ſtatutum ipſo iure, & facto annul-
laret, vt infra dicam, per l. patre furioſo, vbi Iaſ. de iis,
qui ſunt ſui, vel alie. iur. Sed Bart. in l. certa, col. 1. verſ.
pone ſtatutum, C. quan. prouoc. non eſt neceſ. videtur
contrarium tenere, idem in l. ampliorem, §. fi. C. de ap-
pell. quia videtur ab actore Iuriſdictio prorogata, quod
facere non poteſt. Alber. Bru. ſuper tertio, vol. ſtat. d.
ver. Iuriſdictio. verſ. 37. prima tamen opinio eſt ve-
rior, quia Reus inuitus conuenitur; ſecus ſi eſſet actor
Bal. in d. l. certa, C. quan. prouoc. Iaſ. in l. ſi per errorem,
ff. de iuriſ. omn. iud.

B Quid ſi ſtatutum limitat tempus ad agendũ, an po-
ſtea excipiendo audiri poſſit, dic quod ſic per reg. quæ
ſunt temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad exci-
piendum, vt per Dec. in §. 1. & 2. inſtitu. de perpet. &
tempor. except.

C Rur-

C Rurſus in materia Iuriſdictionis limitatæ, vi. Rom. ſing.41. & Matheſ. ſing.115. & ibi add. vbi infert pro cautela, quod ſi quis non habet ſecuras probationes petat parum, nam ſi teſtes contrarium deponant cautius probare curabit. Et hæc not. tanquam quotidiana.

D Item in propoſito huius materiæ. Quæro ſi ſint tres arbitri, ſeu arbitratores in vna cauſa, & quilibet ſententiam ſuam diuerſam ab alijs proferat, puta vnus condemnat in decem, ſecundus in viginti, tertius in triginta, cuius ſententia præualebit, dic ſententia illius qui aliorum ſummam tetigit, & ſic viginti, nam in ſumma iſta tangitur ſumma decem, & tangitur ſumma triginta: alij melius dicunt quod omnium harum trium condemnationum fit vna ſumma ſola, & ſic in totum erunt ſexaginta, & diuiditur in tribus partibus, & ſic erit condemnatio omnium redigenda ad ſummam viginti, & ſuper hac cenſetur omnes tres Iudices fuiſſe concordes, nimirum quia in maiori ſumma ineſt minor, vt ſupra, num.263. Saly. in l. hac ædictali, §. his illud, C. de ſecun. nupt. per l. cum fundum, §. ſin autem, in ver. ita, ff. mand. Corſet. ſing. in verb. ſententia. 17. Petraſancta ſing.25. Couarr. var. reſol. cap.2. nu.6. verſ. quamobrem, at ſi vnus Iudicaſſet, in 16. alius, in 18. tertius, in 36. quãuis tertia pars omnium eſſent. 20. tamen, quia duo hanc ſummum non attigerunt, Crederem mediam viam fuiſſe eligendam. Petraſancta, de ſing.25. cogita.

E Item illius ſententia plurium Iudicum eſt attendenda, qui pro Reo iudicauit contra actorem, per l. obſeruare, ff. de offic. præſi. l. officium, ff. de rei vend. vt in duobus Iudicibus ordinarijs, fallit quando cauſa actoris, eſt fauorabilior, vt eſt cauſa dotis, libertatis, teſtamenti, & Matrimonij, & in alijs cauſis pijs. De quibus vi. Damaſ. Reg. Cano.39. fallit etiam quando pro actore maior numerus Iudicum concurreret, vt in Rota, & in Senatu, nam fit communis opinio à maiori parte. Coiat. de co. op. lib.1. ſub num.6.7. & 8. idem in præfat. num.26.

F Item inter duos Iudices illius ſententia tenet, qui præuenit Vant. de nullit. ex defec. Iuriſd. nu.179. quod verum eſt quando ſuper eadem cauſa dati ſunt inſolidum, & intelligitur inſolidum quando ſunt electi cum hacmet clauſula, & quod vnus poſſit facere ſine alio, at ſi non poteſt vnus facere ſine alio ſententia vnius tantum non valet, vel ſi diſcordent, communis opinio inter eos præualet, cap. ſi Epiſcopus.65. diſtinc. cap. ei qui, §. ſi plures, 29. diſt.

G Item ſi ſunt plures Iudices ordinarij, & vnus condemnat, & alter abſoluit, & tertius abſoluit ab obſeruatione iudicij, hæc poſtrema ſententia tenet, per tex. glo. & Bar. in l. inter pares, vbi Doct. ff. de re iud. vbi ſecus in arbitris, & Delegatis, quo caſu ad Delegantem recurrendum eſt, l. diem proferre, §. ſi plures, ff. de arb. Vant. de nullit. vbi ſupra num.186. Bart. & Alex. in l. duo Iudices. ff. de re iud. plura per Caball. caſ. cri.119.

H Item quæro ſunt duo Iudices, vnus poteſt ſententiare, alter verò debet exequi, quis iſtorum dicitur habere merum, & mixtum imperium, reſpondetur quod Iudex qui poteſt exequi, l.2. cir. princ. ff. de re iudic. l.1. §. à præfectis, ff. de leg.1. Iacob. de Beluiſ. in ſua prac. tit. de fug. Reor. num.43. caue ne intelligas de mero, & nudo executore, ſed de Iudice, vt Florentiæ de Iudice artis lanæ, ad quem ſpectat mandare, vt ſententiæ, DD. Conſulum artis prædictæ executione mandentur, & ideo appellatur officialis maior d. artis, & pro tali honorifice tractatur.

I Tandem quæro ſi coram tribus iudicibus cauſa ventiletur, coram primo porrigitur libellus, coram ſecundo lis conteſtatur, & coram tertio fiunt probationes, dic quod ſi habeant iuriſdictionem inſolidum, ille iudex præualebit, coram quo facta eſt conteſtatio litis, Bart. de Capua. ſing.11. per glo. in l. de qua re, ff. de re iudic. At ſi ſola facti veritate procedatur, in qua lis non conteſtatur, omnes ſimul debent ſententiare, vel vnus de conſenſu aliorum, vt ibi, quæ ſunt pulchra, & notanda, D. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.4.
264 num.9. vbi dicit, quòd iudex † qui potuit ferre ſententiam tanquam ordinarius, & tanquam delegatus, præſumitur in dubio eam tuliſſe tanquam ordinarius, ex Ro. in l. quanquam, C. de teſta. mil. & alijs ibi adduct. At ſi iudex ſit duntaxat ordinarius, & iudicet tanquam delegatus, nulliter iudicat, Caualca. deciſ.27. nu.2. p.1. niſi ſententiaret cum clauſula omni meliori modo, Gigas conſ.81. num.7. Porc. conſ.187. num.16. Decia. conſ.41. nu.26. vol.2. Ferret. conſ.189. num.4. Et prædicta omnia ſunt benè conſideranda, tàm reſpectu modi procedendi via ordinaria quàm extraordinaria, & quoad obſeruantiam ſtatutorum, & circa admiſſionem appellationum, & præſertim pro obtinendis ſportulis debitis Iudicibus delegatis. Quæ veræ vbique dari vidi præterquam Florentiæ, & pro tali conſuetudine eſt videndus Bertazol. conſ. cri.109. num.2. & 3. p.1.

265 † Et quia in materia reſcriptorum occurrit multoties diſputare, an ita Princeps intellexerit, vel quando ſecretarij eius ad declarationem admonere ſolent Iudices, vel delegatos plus, vel minus continere reſcriptum, vel aſſerunt mentem Principis fuiſſe ſic & ſic, licet ex verbis reſcripti non ſic eſſe percipiatur, vt aſſerunt, tunc ſtandum eſt aſſertioni ſilentiariorum, ſeu
266 ſecretariorum, dummodo de ea in actis conſtet, † & de fide, & authoritate cancellariorum, & ſilentiariorum plura ſcripſit Bero. de auth. magn. conſil. num.8. cum mult. ſeq. Et Iudici aſſerenti ſe aliquid facere de mandato ſuperioris oretenus ſibi viuæ vocis oraculo facto creditur, quando ſuperior non eſt abſens, Grãm. deciſ.36. num.29. Maſc. de prob. concl.140. num.161. per eum adduct. & de aſſertione iudicis latiùs concl. 591. vbi plura & plures allegat, & dicit num.14. quando concurrunt coniecturæ, & veriſimilitudines, credendum eſſe iudici, ſi conſtiterit quod ita fieri ſolet, vel Princeps oretenus ita ſit ſolitus mandare & iubere, arg. l. minimè, de leg. §. ſed & quod Principi, Inſt. de iur. nat. gent. & ciuil. ſunt enim conſiliarij pars corporis ipſius Principis, l. quiſquis, C. ad leg. Iul. Maieſta. Alex. conſ.94. num.2. vol.1. vi. Iac. de Beluiſ. in hijs terminis in ſua prac. tit. de Remiſſ. num.87. Verùm vt ſupra monui, optimum & tutum conſilium eſt, habere in ſcriptis mandata Principum, quia ſic mandat fie-
267 ri Imperator, in tit. vt ſacræ iuſſ. ſcribantur, † & legitur (ſi verum eſt) in vita Caroli V. Imperatoris, ipſum de more iuſſiones oretenus ancipite & amphibologicè, & vt dicitur, parole da due ſenſi, loqui ſolitum; alium ſimilem in hoc multis annis ipſe cognoui, vt ab exitu mentem declararet, & ab euentu facta notanda eſſent, contraque huiuſmodi inuehitur Ouid. in Epiſt. Phil. ad Demophontem;

*Exitus acta probat, careat ſucceſſibus opto,*
*Quiſquis ab euentu facta notanda putat.*

Et Cic. in initio orat. pro Rabir. dicit, hoc plerumque facimus, vt conſilia euentis ponderemus, aliàs exitus acta probat: & in propoſito, ſi à lege vel à Principe iuriſdictio detur certis perſonis, & fiat aliquis actus iuriſdictionalis ab alio, qui aſſerit ad illum actum habuiſſe delegationem à Principe viuæ vocis oraculo, non eſt ei credendum, & qui hoc negat, non tenetur probare, poſtquam fundamentum eius intentionis non eſt in negatiua, ſed in ipſa lege, quæ dat iuriſdictionem certis perſonis, & non alijs. Vnde qui habet legem, vel regulam pro ſe, dicitur habere intentionem fundatam, l.1. vbi Dec. num.6. Cagnol. num.21. de reg. iur. & iuriſdictio eſt facti, non præſumitur, l. in bello, §. facti, ff. de capt. & poſtli. reuer. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. num.28. & 29. Secus ſi negaretur iudicem ordinarium aliquid non feciſſe quod ad eius officium ſpectat, vtputa negatur non interpoſuiſſe decretum, in contractu minoris, quia non fuerat præſens: hoc in caſu negatiua, cum ſit fundamentum intentionis de-

bet